ad .12. Natus faciem pulchram: ⁊ Corpus deforme
habebit: Erit tamen magni corporis Multe car
nis: ac Multe humiditatis ⁊ frigiditatis: Erit etiā
ſtultus ac Rudis ingenij: Ponderoſus aſininus:
Timidus: Pauce cogitationis ⁊ ſcientie. ¶ Et ſm
hoc hō. noctis ſicut diei Diuide ac per eas iudica.
¶ Et ſi Venus in facie Iouis exiſtens: in Signis
humanis: Quoꝝ in hoc caſu: Meliora ſunt Gemi
ni ⁊ Libra fuerit: Natus erit Longus ⁊ Corpulē
tus: Pulchri Corporis: ac faciei: Completa habēs
membra Sapiens caſtus ⁊ leuis: Reddēs tamen
Malum pro Malo: in actibus ſuis grauis: Et in
omnibꝰ agendis cōmendatus. ¶ Et ſi Venus ma
xime de nocte in facie Mercurij fuerit: natꝰ habe
bit Faciem macram Maxillas longas: Oculos
rotūdos: Infirmus erit pauce carnis: Corpore ſub
tilis: Mendax: Multi riſus ⁊ Multoꝝ verboꝝ.
¶ Et ſi Venus in deſcenſione ſua exiſtēs ac in do
mo ⁊ facie Saturni Maxime in gradibꝰ tenebro
ſis: Natus erit Eclipſati corporis: deformis Facie
turpis Aſpectus ponderoſus triſtis: Pauci riſus:
ac ſemper dolens: ¶ Quod ſi Venus cum aliqua
infortuna: Vel cauda Draconis in facie Saturni
fuerit: Aut cōbuſta: natus in omnibus rebus ſuis
erit infortunatus: nec aliquis ob mēbroꝝ ſuoꝝ di
minutionem ipſi obuiare appetet.

MErcurius habet diſpoſitionem mē
ſis ſexti a proiectione Seminis in
matricez. ¶ Et eſt Planeta doctri
ne eloquentie: ac ſcientie. ¶ Cum ḡ
in mēſe .6. Mercurius in aſcenſio
ne ſua fuerit: Natus erit bone elo
quentie: ac hominibus verba eius placebunt: erit
qꝫ magnoꝝ viroꝝ ac potentū ſecretarius: Cito et
modica occaſione ⁊ abſque premeditatione ad
riſum prouocabitur: Et hoc fortius erit: Si Mer
curius in domo: aut termino ſuo fuerit. Et ſi Mer
curio ſic diſpoſito Iuppiter ipſuz aſpexerit: erit elo
quentiſſimus: in libris ſapiens ⁊ mirabilis ſermoci
nator: ac multa ſuper vno verbo proferens. Et ſi
Mercurꝰ in domo vel termino Iouis fuerit: erit
eloquentie bone: ſapiens ac ſubtilis ingenij. ¶ Et
ſi Mercurius in domo vel termīo Veneris fuerit
erit in ſermone ⁊ lingua mirabilis manſuetus ver
bo: ⁊ qui frequenter interrogabit. ¶ Et ſi Mercu
rius in domo ſeu termino Saturni fuerit: natꝰ erit
impedite lingue: Ita ꝙ verba ſua explicare bene
non poterit: Erit tamē ſane cogitationis ac boni in
tellectus. ¶ Quod ſi Mercurius ſic diſpoſitus in
deſcenſione ſua fuerit: natus erit quaſi mutus ma
xime ſi in ſignis voce carentibus collocetur.

LVna habet diſpoſitionē menſis .7.
a proiectione Seminis in matricez
Et eſt planeta Complens membra
nati ac eius perfectionem. ¶ Qui
ergo illo menſe naſcetur: Erit mē
bris cōpletus propter ſignificatio
num Planetarum complementum: Et ſi partus
vſqꝫ ad Octauum menſem deferatur: deferetur
diſpoſitio ad Saturnum. ¶ In illo ergo menſe na
ſcentes: mortui egredientur: Aut cito morientur.
Et ſi Partus vſqꝫ ad .9. menſem deferatur: Diſpo
ſitio ad Iouem reuertitur: Et ē Planeta vēti atqꝫ
Motus: Mouebit ergo Vētus Iouis Nuti dei
puerum: ⁊ producet euz in mundum.

¶ Vtrū Partus ſit Legitimꝰ vel ex Adulterio.
¶ Ca. 4

CVz hoc ſcire volueris: Aſpice par
tez patris: que ſi partem nati ex re
ceptiōe: ex domo exaltatione tripli
citate: vel termino aſpexerit Par
tus legitimus erit: Et ſi nihil horuz
inueneris erit ex adulterio. ¶ Et ſi
Luna Soli coniuncta fuerit: Aut ſub radijs eius
Partus etiam erit furtiuus: ac ex adulterio: ⁊ na
tus ex egritudine incurabili agitabitur. ¶ Et ſcias
ꝙ ſignificationes predicte erunt deteriores: ſi Lu
na in Cauda draconis in fine ſigni fuerit collocata.

¶ De Modis nati: ⁊ cuius nature erit: Et vtrum
erit Homo vel Animal brutum. ¶ Ca. 5.

SCias ꝙ ſignificatio nati in modis
non eſt niſi ex motu Planetarum
⁊ mutatione eorum in ſignis huma
nis ac ſignorū partibus ⁊ angulis.
¶ Nam quando plures Planete
in angulis fuerint: maxime domi
nus triplicitatis aſcendentis Sol Luna pars for
tune ꝗ cōiunctionis: aut oppoſitionis natiuitatem p̄
cedentis: ſignificāt modum ſublimitatis nati: eius
elementa naturam ac formaz humanam. ¶ Et ſi
omnes predicti vel eoruz maior pars cadētes fue
rint: vel infortunati: ac in ſignis beſtiaꝝ: ſignuz eſt
ꝙ fetus Forma humana carebit. ¶ Similiter quā
do Dominus aſcendentis Lunam aſpexerit ⁊ do
minus ſigni vite ſignum ſuum etiam aſpexerit Si
gnum eſt ꝙ natus erit monſtruoſus: aut ſpeciem
animalium brutorum habebit. ¶ Et ſi cum hoc in
fortune Dominum ſigni vite aſpexerint vngues ⁊
capilli erūt ſimiles catis ⁊ canibus. ¶ Quod ſi di
cte infortune ipſum ſigni vite dominum de Angul
ſine aſpectu fortune aſpexerint: Natus erit de ge
nere beſtiaꝝ Homines venantiuz. ¶ Dicit Her
mes qui fuit Caput Sapientū: ꝙ quando Plane
ta maſculus in parte aſcēdentis Feminina ac in ſi
gno feminino fuerit: ⁊ infortuna ipſuz de parte fe
minina: ac in Signo feminino fuerit: ⁊ infortuna
ipſuz de parte feīa ſimilr̄ aſpexerit: Fueritqꝫ nati
uitas nocturna: aut Saturnus ⁊ Mars exiſtentes
dictum Planetam aſpexerint: aut Mercurius in
fortunatus fuerit: vel cum Marte in malo loco ⁊
Luna combuſta in medio Signi. i. non habens la
titudinem ac in Signo quadrupede: vel octo pe
duz exiſtente: et Sol ſꝫ hunc moduz ſe habuerit:

Necnon Dominus hore infortunatus vel cadens
ſeu occidẽtalis:aut retrograd⁹ : Aut tortus in ſuo
aſcenſu:Aut in parte dextra fuerit: Illa natiuitas
non erit hominis : Sed alicuius ſpiritus maligni.
¶ Et non dicas ipm̄ de animalibus homines vo
rantibus:niſi Juppiter Martem Aſpexerit:Aut
Mars Joui Teſtimonium prebuerit. ¶ Quod ſi
Mars cuꝫ Saturno fuerit : Mulier pariet Scor
pionem vel ſerpentem: vel aliquod animal ſimilis
ſpeciei. ¶ Preterea aſpice partem duodenarie: ſe
ptem Planetarum Et precipue Solis ⁊ Lune.
¶ Aſpice etiã Aſcendentez ⁊ quis Planeta in eo
fuerit ⁊ quis eum aſpiciat : Et vtrum Aſcendens
ſit de figuris humanis : vel beſtiarum. ¶ Quod ſi
pars duodenarie Planetarum ceciderit in ſigno
beſtiarum: Natus erit ſimilis beſtijs vel monſtruo
ſus. ¶ Et hoc fortius: ſi Sol vel Luna ſint in aſcẽ
dente Aut pars fortune : vel dominus ſue domus.
¶ Sed ſi Fortũa ipſũ aſpexerit: natus nõ erit ſimi
lis beſtijs: Sed beſtiaꝝ homines vorantiuꝫ nutri
tor. ¶ Similiter quando Luna non aſpexerit do
minuꝫ ſue domus et fuerit in eius oppoſitione: aut
Luna in ſigno beſtiali ac in aſpectu infortune fue
rit: Signum eſt ꝙ natus erit ſimilis alicui ex ani
malibus. ¶ Et ego oſtendam tibi quãdam ſimilitu
tudinẽ: quã in Libris Sapientuꝫ reperi. ¶ Que
daꝫ fuit natiuitas cuius aſcendens fuit.18.g̃.Capri
corni: Mediũ Celi.ii.g̃.Scorpionis : ⁊ oppoſitio in
9.g̃.Capricorni ⁊.39. Minuto: pars fortune.24.g̃.
Tauri : Sol.29.g̃.54.Mi. Tauri Juppit.24.g̃.⁊
54.Minuto Virginis: Mars.4.g̃.⁊ 26. Minuto
Leonis: ⁊ Mercurius.14.gradu.⁊.45.Minuto.
Tauri. ¶ Quia g̊ Juppiter Luna ⁊ Mercurius
Cadentes ſunt ab Angulis ⁊ Saturnus dominus
Aſcendentis in oppoſito ſue domus: ⁊ Juppiter ſi
militer: Et licet Sol ſit in angulo eſt tamẽ cadens.
¶ Et Saturnus qui eſt dominus domus oppoſi
ſitionis tranſacte eſt in oppoſito dicte oppoſitionis
ac etiam aſcendentis: ſignum eſt ꝙ mulier illa nõ
pareret hominem ſed animal brutũ. ¶ Et qa pars
fortũe cecidit i ſigno q̈drupede triplicitatis Lune
qd̄ ſignificat cibuꝫ: aut nutrimentum: eſt in ſigni
quadrupede: ⁊ etiã dominus.3.⁊ dominus domus
Lune: ac duodenarie Lune in ſigno quadrupede
⁊ ſimiliter aſcendens ſignuꝫ quadrupes hoc totuꝫ
ſignificat ꝙ illud animal brutum eſſet canis. ¶ Et
quia locus Lune: que eſt domina Noctis aſpicie
bat Jouem ac dominũ ſue domus : ⁊ Venus que
eſt domina partis fortune Aſpiciebat parteꝫ fortu
ne a.4.⁊ Luna.in.11. a parte fortune: ſignuꝫ eſt ꝙ
nutritiua ſua eſſet in bono loco. ¶ Similiter fuit
quedam natiuitas cuius aſcendens fuit.16.g̃.⁊.37.
Minutũ Capricorni Medium Celi.4.g̃.⁊.34.M.
Scorpij Oppoſitio hanc Natiuitatem precedens
fuit in.20.gradu ⁊.56.Mi. Sagitarij: Venus in
.16.g̃.⁊.50.M. Tauri. Juppiter ⁊ Luna in Tau
ro: Aſpice ergo dominũ partis oppoſitionis prece
dentis dictam natiuitatem : Quomodo dicta pars
ab ipſo eſt ſeparata: Aſpice ergo dominum tripli
citatis Lune: qui eſt dominus dicte partis qualiter
ſunt diuerſi ⁊ vnus non aſpicit alium: ⁊ qualiter ſe
parati ſunt ab aſcendente ⁊ a domino domus ſue.
¶ Similiter aſpice Saturnum q eſt dñs ptis fortu
ne ⁊ aſcendẽtis quomodo cadit a.2.⁊.3.ab angulis.

¶ Deinde Aſpice duodenariam Solis ⁊ Lune
Et quomodo in ſigno quadrupede eſt collocata ⁊
qualiter omnes planete ſunt ab angulis cadentes
⁊ ſeparati preter Lunam ⁊ Jouem qui ſunt in do
mo finis rei ſub terra: hoc totuꝫ ſignificauit ꝙ mu
lier illa pareret aſinum. ¶ Et quia Luna eſt in tri
plicitate Aſcendentis cum Joue: ac in ſua exalta
tione ſignuꝫ eſt ꝙ aſinus ille eſſet pulchre nutritio
nis atqꝫ modi.

¶ De Facie Nati. ¶ Ca.6

Scias ꝙ Sapiẽtes antiqui multa in
domo facierum hominũ ⁊ coloruꝫ
ſuoruꝫ ſm ꝙ ex diſpoſitione firma
menti ac eiuſdem ſignificatione in
quiſierũt. ¶ Sed aliqui ex illis di
xerunt ꝙ nihil eſt. ¶ Alij vero
affirmauerunt ⁊ verificauerunt ¶ Illi vero q con
trariuꝫ ſentiunt: ſic arguunt. ¶ Nõne vides ꝙ ali
quis natus eſt in terra nigroꝝ ⁊ iam ſcis modum
parentum eius ⁊ nigredinem ciuitatis in qua nat⁹
eſt: ⁊ tamen tu inueniſti aſcendens ⁊ eius dominũ
necnon dominum faciei aſcendentis ⁊ alios Pla
netas contrarios in ſignificatione ſui coloris ⁊ ꝙ
debeat eſſe albus vel rubeus vel habens oculos al
bos i moꝫ Italoꝝ vel gallorũ. ¶ Sciãt g̊ q loquuti
ſunt in hoc modo credendi ⁊ pertinet hominibus
valentibus: Tamen ne veniãt in errorẽ ꝙ ſi natiui
tas Mauri.i.alicuius ethiopis ſignificauit albedi
nẽ: nõ ꝓpter hoc iudicare debemus ipſũ fore albũ
vel rubeum : Sed ꝙ erit Minus niger ꝙ̃ ſui pa
rentes. ¶ Et ſimiliter de aliquo italico vel gallico
per fortem Saturni nigredinis ſignificationeꝫ iu
dicare non debemus ꝙ erit niger ſicut maurus: ſꝫ
non erit ita albus ſicut parentes: naꝫ qui contrariũ
faciunt cadunt in errorẽ coraꝫ probantibus eos: q
querunt eos facere inſipientes : Diffamantqꝫ eos
Et occaſione eorum ſcientiam condemnant. ¶ Et
inuenimus in libris ſapientũ ꝙ natiuitates filioruꝫ
prouolute ſunt a natiuitatibus Patrum et colores
mutati ſunt ſm ſitum Terrarum : ꝙ albedo ⁊ ni
gredo erit ſm diſpoſitioneꝫ Solis in appropiatio
ne vel elongatione eius ad regiones. ¶ Excepto
ꝙ Aliqui Planete addũt vel Minuũt : in colori
bus naſcentiũ. ¶ Nam inuenimus quoſdã nigros
⁊ quoſdaꝫ nigriores: Necnõ quoſdaꝫ albos ⁊ quoſ
dam Albiores ⁊ ſic de alijs Coloribus ſm diuerſi
tatem aſcendentis ⁊ ſignificationis Planetarum
ad colorem ciuium alicuius ciuitatis vel regionis
⁊ radicem Parentele. Dixit Andoroar ꝙ diuerſi
tas coloris hominum grauis eſt ad explanandum
⁊ non inuenimus aliquem qui eos explanauerit.
¶ Dixitqꝫ Ptolemeus in Libro magno Plane
tarum ꝙ in qualibet hora aſcendunt.24.Milia ro
boat ⁊ qd̄libet roboat cõtinet.10.Milia momenta
Et quodlibet Momentum Colorem proprium: gu
ſtuꝫ: ac naturam. ¶ Et hoc ita ſubtile eſt: ꝙ Sen
ſus humanus ipꝫ ꝑſcrutari nõ poſſet: Nec ſciẽs ho
mo Niſi ſolus deus. ¶ Cum ergo modum nati: ⁊
colorem ſcire volueris Aſpice Aſcendentem: et ſi
ibi dominum eius: vel dominum exaltationis eius
triplicitatis: vel termini inueneris: Per ipſum iu
dica. ¶ Quod ſi in Aſcendẽte plures fuerit Pla
nete: Aſpice illum qui eſt ciſ faciei Aſcendentis: ⁊ ſm
ſignificationem eius Judica miſcendo tamen cuꝫ

ſignificatione eius ſignificationem faciei domini aſcendentis ac Planete cui dominus faciei ſuam fortitudinez cõmittit. ¶ Et ſi in Aſcendente nullꝰ fuerit Planeta: Accipe primo dominum faciei Aſcendentis dũtamen aſcendens aſpiciat: ꝙ ſi ab aſcendente cadens fuerit: Aſpice Planetam propinquiorem Aſcendenti: aut qui Meliori aſpectu aſpiciat aſcendens: ſicut de domo: exaltatione: triplicitate: vel termino et miſce colores Planetaruz Cum coloribus Signorum ac terminorum in quibus fuerint Planete: Et dic colorem vel formam faciei ſꝫ colorẽ planete ⁊ formã vl' colorẽ vl' formaz corporis ſm colorez ſigni. ¶ Scias ergo ꝙ Joui ⁊ Veneri attribuitur pulchritudo. ¶ Soli vero ⁊ Lune ſubtilitaſ ⁊ claritas. ¶ Marti vero ⁊ Saturno turpitudo. ¶ Mercurius vero cũ Planeta formoſo exiſtens pulchritudinez confert: Cum turpi vero turpitudinem: Similiter domus fortunaruz dicuntur pulchre: ⁊ infortunaꝝ turpes. ¶ Dies et et ſtelle lucide adiuuant i pulchritudine ⁊ ſubtilitate: Noctes vero cum eorum tenebris turpitudini auxilium prebent.

¶ De Modis ⁊ Coloribus Planetaꝝ. ¶ Ca 7.

Saturnus de ſui natura facit natum pallidum aut fuſcum groſſi coloris ac groſſorum oculorum: Quorum vnus erit aliquantulum luſcus vel maior altero capillorum ac magne faciei ⁊ proprie maxillarum magnarum: eius aſpectus erit ad terram defixus. Et cum hoc natus ille erit Mente triſtis: Facie turpis: malum habens aſpectum: Dentes inordinatos: Et pilos hirſutos. ¶ Juppiter de ſui natura facit album ad nigredinem aliquantulũ declinantẽ: oculos grãdes ⁊ eminentes: Quorum pupilla parua erit Capilli eius non erunt perfecte criſpi: Nec perfecte plani ſed mediocres: Barba eius erit criſpa: Modus eius erit formoſus: Caput cum maxillis habebit aliquantulum eleuatum: naſum magnum ⁊ eq̃lem: In carne et ſtatura eius erit equalis: Et facies eius alacris. ¶ Mars de ſui natura facit natuz rubeum: Oculos rubeos vel inflãmatos: Et faciez rotundam habentẽ: Et forſam habebit notã rubeã in facie vel cicatricem: vel naſuz magnuz habebit. Erit etiam acuti ⁊ ſubtilis ingenij: Ira plenus: In ſua rectitudine formoſus: Facies eius aliquantulũ inflata: Inuidus triſtis ac maledicꝰ atqꝫ male cogitans: digiti eius longi et pauce carnis: pectus eius acutum: in ſuo inceſſu longus: ac in ſuo corde mirabilis. ¶ Sol de ſui natura facit natũ magnũ: Cuius albedo oculorum erit parua facies rotunda: Caput magnuz: Color eius lucens: Frons ampla: Oculi eminentes: Mutus voce: Equalis ſtature truphator ⁊ qui de alijs ſine verecundia loquitur deriſorie: Aſpectus eius dominiũ importat In iuuentute flauos habebit capillos: ſed poſtea caluus efficiet. ¶ Venus de ſui natura facit natum Coloris lucẽtis et albi cum rubore mixti: Pulchrorũ oculoꝝ cuius aſpectus erit decorus ac dulcis ſicut aurora coruſcans: Supercilia oculorũ parua: Caput eius rotundum: Nigredo oculorum erit maior albedine: Os eius ſubtile ⁊ paruum: Maxille carnee: Collum formoſum: Pectus acutum: Digiti breues: Crura magna: Et forte ꝙ albedo oculoruz nati tendet ad nigredinẽ. ¶ Mercurius de ſui natura facit natum albi coloris ad viriditatem tendẽtis Facies eius erit anguſta: Maxille decore: Supercilia iuncta Nares pulchre: Os amplum: Oculi eius mobiles: Dentes parui: Barba rara: Facies pulchra: Erit tamen macer: Statura eius equalis paſſus breuis: Membra ſubtilia: Multi ſenſus: ac intellectus: Et multa verba bona proferens. ¶ Luna de ſui natura facit natum coloris albi: cuius facies erit rotunda: Aſpectus decorus: Barba mobilis: Coloris tamen pulchri ac clari: Corpus ſanũ ac membris completuz. ¶ Scias ergo dictos Planetarũ modos ⁊ colores ⁊ miſce eos cum modis ⁊ coloribus ſignorum.

¶ De Signis ⁊ coloribus Signorum.


De ſui natura facit natum coloris ad albedinem tendentis: eius capilli erunt criſpi: Viſus eius nõ rectus facies longa: Oculi magni Aures parue: et Collum magnum.


Facit de ſui natura Natum Coloris Ruffi ample frõtis: Naſi longi ⁊ narium patentiuz ac magnorum oculorum: Cuius capilli erunt criſpi: erecti ⁊ nigri: Ac membra eius diuerſa: Pars ſuperior: Colli groſſa ⁊ fortis: inceſſus eius pulcher Sed ſenſus eius debilis erit.


De ſui natura faciunt Natum Coloris Mixti Statuř eq̃lis Pectoris ampli Fidel' erit et eiꝰ magiſteria circa ſcripturã vl' cõputatiõez vſabunt.


De ſui natura facit natum Coloris pallidi Groſſorum membrorum ac colli hirſuti ⁊ eius inferiores Corporis partes ſuperioribus erũt maiores Frontem magnam ⁊ dentes retortos Capillos criſpos atqꝫ Barbam Habebit breuis erit ſtature ac paruorũ oculoruz ⁊ amplorũ humeroꝝ.


De ſui Natura facit Natum Coloris Flaui ac flauorum capillorum ⁊ Stature pulchre cuius ſupiora erunt inferioribus maiora: Pectus amplum. Viſus acutus. Facies grauis. Crura ſubtilia. Eritqꝫ famoſus ſed male obuiationis.


De ſui natura facit Natum Coloris Nigri Stature pulchre ⁊ equalis ac membrorum formoſum.


De ſui Natura Facit Natum Bicolorem fõmoſe ſtatuř i carne ſtatura ⁊ mõ erit eq̃lis.


De ſui nã facit natũ coloris Cinericij ruffi Oculorum alborum ac paruorum ad nigredinem tendentium multorum capillorum: parue faciei cruruz longorum. Pedum magnorum. Corporis leuis. Et qui diſcordiam inter alios ſeminabit ⁊ malus erit.


De ſui natura facit natuz coloris Albi flaui alborum aut flauoruz Capillorum atqꝫ ſubtiliũ faciei et Barbe lõge. magni vẽtris. cuius pars poſterior formoſior erit ad videnduz ꝙ anterior.


De ſui nã facit natũ coloriſ nigri h rſuti ſicci corporis. longe faciei. Barbe acute ⁊ ſubtilium aurium.


De ſui nã facit natũ coloris Viridis nigri Stature breuis magni animi magne bonitatis cum hominibus liberalis. Magni diſpendij Et prodigus erit. Unum crus maius alio habebit ſanguis eius ⁊ color apparens.


De ſui natura faciunt Natuz coloris Albi Parui capitis barbe decore. Maxillaruz

amplarū: Pectoris magni Et eius membra male erūt diſpoſita: aut claudus aut gibboſus efficietur Et ſcias ꝙ ſigna directe aſcendentia faciunt de ſui natura natos Corpore magnos. Tortuoſe vero aſcendentia paruos.

De eo cui aſſimilabit puer .ſ. Patri vel Matri Patruo vel Auunculo. ¶ Ca. 8.

Um volueris ſcire cui aſſimilabitur natus: Aſpice faciem aſcendentis cuius Planete ſit: Quia ſi Sol fuerit dominꝰ dicte faciei: natus patri erit ſimilis: et ſi Luna fuerit eiꝰ domina ſimilis erit Matri. ¶ Similiter ſi Dominus faciei Aſcendentis fuerit dominus Quarte domus: ⁊ natus filius fuerit: erit ſimilis Patri: Et ſi Filia fuerit: erit ſimilis Matri ¶ Et ſi Dominus faciei aſcendentis fuerit dominꝰ loci Solis: Natus erit ſimilis Patruo. ¶ Et ſi fuerit dn̄s loci Lune erit ſimilis Auunculo. ¶ Opare ergo in reliquis ſm̄ hunc modū. ¶ Et his dictis ad Nutritionem pueroꝝ deſcendamus.

¶ De Nutritione puerorum. ¶ Ca. 9.

Cias ꝙ quatuor ſunt modi naſcendi. ¶ Primus eſt ꝙ aliquis naſcatur mortuus. ¶ Secundus ꝙ naſcatur viuus: ſed non viuet neque nutrietur. ¶ Tertius ꝙ naſcatur viuus ⁊ nutrietur atqꝫ viuet: ſꝫ non perueniet ad ſenectutem. ¶ Quartus ꝙ naſcatur viuus ⁊ viuet ac nutrietur ⁊ etiaꝫ ad bonā ſenectutem ꝑueniet. ¶ Ad ſciendum hos quatuor modos neceſſariū eſt vt ſcias .8. diuiſiones que ſequuntur ⁊ ſunt he. ¶ Aſcendens ⁊ dn̄s eius: Pars fortune ⁊ dn̄s eius: Sol ⁊ Luna: Cōiunctio ⁊ Oppoſitio. ¶ Aſcendens ſui ſimilitudinē ſignificat modū nati ⁊ eiꝰ apparentiā ac deſcēſionē poſt eiꝰ abſcōſionē. ¶ Pars Fortune dicitur aſcendens Lune: ſicut Aſcendens Natiuitatis dicitur Aſcendens Solis.

Eſt lumen celi ⁊ eius Candela: Rex ſtellaruꝫ ⁊ eius diſpoſitor: Adiutor temporum: ac directio vite: Beſtiaꝝ Arborū Herbarum ⁊ corporuꝫ.

Luna circuitōe ſui orbis ⁊ ſui vicinitate ad mūdum ꝑceteris ſimilior homini in ſui initio ⁊ cōplemento: Ac etiā in ſui diminutione deſtructione et annullatione ⁊ eſt particeps in ſignificatiōe ſtellarum ac planetarum: ⁊ habet aſcenſioneꝫ ⁊ diminutionem ad ſimilitudinem nati in ſua natiuitate. ¶ Coniunctio dicitur ſimilitudo parentum qui ſe habent erga natum in modum coniunctionis ⁊ ſeparationis Ac Luminis Quod procedit ex eis. ¶ Preuentio ſiue oppoſitio Lune dicitur ſimilitudo nati cum fuerit in ſua fortitudine atqꝫ in medio vite ſue: quod dum tranſierit incipiet quotidie minui donec ad finem vite ſue peruenerit. ¶ Et nō poſſunt hec ſciri: niſi modus triplicitatis .ſ. in ſui fortitudine ⁊ debilitate: Necnō Alichel ⁊ Alicher in ſui firmitate ⁊ caſu: eo ꝙ domini triplicitatis ſignificant ordinationem diei ac noctis ⁊ mutatio nati fit cuꝫ ſucceſſione noctis ad diē ⁊ diei ad noctē. ¶ Natus ergo qui naſcetur mortuus: erit qui habebit Tres ſignificatores ⁊ dominos Triplicitatis cadentes ab angulis in ſua natiuitate: Precipue ſi aliqua Infortunarum fortis ad malum habuerit in aſcendente dominium: Tunc enim ſignificabit deſtructioneꝫ nati atqꝫ caſum. ¶ Cuꝫ Luna fuerit in Occidente ſine aſpectu alicuius fortune: ⁊ vno angulorum fuerit fortuna eam aſpiciens: qui naſcet non viuet vna hora. ¶ Similiter quādo Luna fuerit in Quarta domo cū vna de fortunis ⁊ aliqua infortuna a Septima domo Lunam aſpexerit: Natus mortuus exibit. ¶ Quando ſignum in quo fuit coniunctio vel preuentio precedens Natiuitatem alcocoden ac dominus termini Solis: Necnon Luna: ⁊ aſcendens ac dominus Triplicitatis Solis de die ⁊ Lune d̄ nocte atqꝫ pars fortune fuerit infortunati: Natus egredietur mortuus. ¶ Aſpice Dominum Luminarium in die ac Nocte ne quis Planetarum ſit ei coniunctus: Necnon locuꝫ partis fortune ⁊ partis abſcōſe Utruꝫ ſint in locis fixis vel cadentibus: ⁊ qui ſunt eorū domini. Nam ſi fuerint ſub radijs ⁊ aſpiciantur ab infortunis: vel eis iungantur: aut ipſi inter ſe iuncti fuerint Natus vitam non guſtabit: Et hec ſignificatio peior erit: ſi infortune Solem ⁊ Lunam aſpexerint: aut cum eis alligentur: Nam ſi ſic fuerit Natus non viuet vno momento. ¶ Cum Planete omnes vel eoruꝫ maior pars fuerint in. 6. 8. vel. 12. domo: ⁊ domius aſcēdentis non aſpexerit eos natus vitaꝫ non guſtabit. ¶ Cum Luna ab infortuna eam non recipienti ac in angulo aſcendentis vel decime exiſtenti infortuna fuerit: ⁊ fortune cadentes: Natus vitam non guſtabit: Maxime ſi Luna in aliquo angulorum cuꝫ infortuna fuerit: vel dominus Aſcendentis aut gradus aſcendens in. 4. vel Oppoſito infortune aſpectu fuerit: niſi infortune ab omni impedimēto libere: graduꝫ Aſcendentis: vel Lunam ex aliquo angulorum aſpexerint: Nam in hoc caſu natus vitaꝫ habebit: Nutu dei ¶ Luna in medio celi in aſpectu fortune cum Marte ſignificat ꝙ natus mortuus ac per fruſta egredietur. ¶ Quando Luna ⁊ Mars in aſcendente fuerint ⁊ Saturnus in Occidente: Natus mortuus egredietur preſertim ſi Lunā fortuna nō aſpexerit. ¶ Et ſi Luna in occidente cū Marte fuerit ⁊ Saturnus in aſcendente Natus per diē integrū nō viuet. ¶ Natus qui naſcetur ⁊ videbit mūdū. Sꝫ nō nutriet erit cū aliqs de ſignificatoribus ⁊ dn̄s triplicitatis fuerit in angulis ⁊ maior pars alioꝝ cadēs ab angulis ⁊ infortunata. ¶ Dixit Hermes ꝙ quādo luminaria nō aſpexerint aſcendēs: aut Luna ſub radijs Solis fuerit: natus parū viuet. ¶ Luna Saturno in eius triplicitate iuncta aut in. 4. vel Oppoſito eius aſpectu ſignificat ꝙ natus viuet ſed erit male nutritionis. ¶ Si Luna cū Saturno ⁊ Sole fuerit: natus non nutriet. ¶ Et ſi Luna cū Sole ⁊ Marte fuerit aut inter Martem ⁊ Solem obſeſſa: natus erit breuis vite. Quādo Luna in ſua deſcenſione ⁊ in occidente fuerit natus non viuet nec etiā nutriet. preſertiꝫ ſi Luna ante angulos exiſtēs a Saturno fuerit infortunata. ¶ Quando Luna fuerit inter duas fortunas ⁊ fortuna eam non aſpexerit: natus parum viuet. ¶ Quando Mars ⁊ Saturnus fuerint in aſcendente ⁊ fortune ab aſcendēte vel a ſigno cōiunctiōis vel preuētionis cadētes: ⁊ infortune dicta duo loca aſpexerit natus nō nutriet. preſertim ſi fortune Lunam ⁊ Solem non aſpexerit.

¶ Quãdo Luna fuerit in eodẽ ĝ. cũ Sole ⁊ Saturnus .4. vel Appoſito aſpectu eos aſpexerit natꝰ nõ nutrieť. ¶ Quãdo Luna in ariete ac in oppoſitione Martis fuerit ⁊ fortuna eã nõ aſpexerit natus erit debilis nutritionis ac breuis vite. ¶ Quãdo aſcendens ⁊ dñs loci Solis ac Lune et partis fortune fuerit ſub radijs Solis Natus erit pauce vite. ¶ Quãdo Luna fuerit in capricorno ⁊ ambe infortune in .4. domo ab aſcendente natus nõ nutrieť. ¶ Quãdo Luna lumine minuta ĩter duas ĩfortunas fuerit obſeſſã natus parũ viuet. ¶ Quãdo infortune oppoſito aſpectu ſe aſpexerint Ita ꝙ vna ſit in aſcendẽte ⁊ altera ſit in occidẽte ⁊ Luna cas ex medio celi .4. domo aſpexerit natus nõ nutrieť. ¶ Cũ aliq̃ de infortunis in .7. domo fuerit: ⁊ Sol ⁊ Luna pegrini exñtes ipſã aſpexerit natꝰ nõ nutrieť. ¶ Qñ Luna in termĩo ⁊ aſpectu ĩfortune in angulo fuerit fortuna ipaꝫ nõ aſpiciẽte: Natꝰ nõ nutrieť. ¶ Qñ Saturnꝰ in aſcẽdẽte fuerit ⁊ mars in .7. domo natꝰ parũ viuet ⁊ ꝙdiu vixerit malũ habebit. ¶ Qñ ſiliter Saturnꝰ in aſcendente fuerit ⁊ Luna pegrina exñs in occidẽte: natꝰ parũ viuet ⁊ erit turpis. ¶ Qñ venus in caſu ſuo exñs ĩ occidẽte fuerit ⁊ Saturnꝰ in oriẽte natꝰ nõ nutrieť. ¶ Et dixerũt qdã ꝙ ſi aliq̃ de ĩfortunis radios ſuos ſup ĝ. aſcẽdẽtẽ ꝓiecerit natꝰ illã horã nõ euadet: niſi fortune ĩfortunaꝝ radios ſuos ibidẽ eminẽtiũ adiuuẽt ſꝫ Luna ac dñs aſcẽdẽtis ac triplicitatis ab infortunis eſſent liberi. ¶ Qñ Luna cũ infortuna in .7. vel .4. domo fuerit nutritio mala erit: ꝑſertiꝫ ſi dcã infortũa radios ſuos ſup ĝ. aſcẽdẽtis ꝓiecerit ⁊ ꝙ dñs triplicitatis ſit in .7. domo cadẽs. ¶ Qñ luna fuerit ab ĩfortunis ĩpedita ac ĩeius caſu ⁊ volueris ſcire ſi natus nutrieť: cõſidera ſi circuitio Lune ꝑ loca infortunaꝝ facta ac ad aſcẽdẽs reuerſa ac infortunis applicãs ⁊ poſtmodũ ad fortunas tranſierit Si natꝰ tũc mortuꝰ nõ fuerit: viuet donec .12. reuolutiones fuerit ꝯplete. Infans q nutrieť ⁊ viuet: ſꝫ nõ ꝑueniet ad ſenectutẽ ẽ q hꝫ .8. ſignificatiões ⁊ dños triplicitatis ĩeq̃les .i. quoꝝ aliq erũt fortunati ⁊ aliq infortunati: aut aliq fortes ⁊ alij cadẽtes: Et proprie duo domini triplicitatis aſcendentis .ſ. primus ⁊ ſecundus. ¶ Nam quando aliquis ipſoruꝫ fuerit ĩ bono loco ⁊ plura habuerit teſtimonia ſicut ſi Sol ſit dominus triplicitatis aſcendentis ⁊ dominus partis fortune ac liber ab infortunis atqꝫ caſu Judicabis nato vitã ac nutritionẽ ſed ad ſenectutẽ nõ perueniet. ¶ Dixit Dorochius ꝙ ſi vite diuiſor in bono loco fuerit moraꝫ nati in mundo ⁊ bonam nutritionẽ ſignificat. ¶ Quando Juppiter in aſcẽdente fuerit aut cũ trino aſpectu aſpexerit: natus bene nutrietur. ¶ Similiter ſi Juppiter in aliquo anguloruꝫ vel ſuccedentiũ fuerit ⁊ Venus ab ĩfortunis retrogradatiõe ⁊ cõbuſtione libera euꝫ non aſpexerit: natus nutrietur atqꝫ viuet ſed ad ſenectutem non perueniet. ¶ Et ſi in Natiuitate diurna Saturnus in angulis: vel triplicitate: aſcendentis fuerit: Natus viuet ⁊ nutrietur. ¶ Quãdo Luna ⁊ Mercurius in .7. domo fuerit ⁊ Juppiť in 4. Natus viuet. ¶ Qñ Luna ab ĩfortunis ꝗ deſcenſione ⁊ peregrinatiõe ⁊ dñi triplicitatis aſcendẽtis in ſuis domibꝰ vel exaltationibꝰ: aut in gradibꝰ lucidis nõ retrogradi vel cõbuſti: nec ẽt infortunati: natus nutrieť atqꝫ viuet maxĩe qñ ſupauerit ĩ ſui exaltatõe:

Et Luna luſe ac motu addẽs cũ fortuna fuerit ⁊ a marte libera qñ mars deſtruit nutritionẽ maxĩe in natiuitatibus diurnis ⁊ ꝓprie qñ fuerit ſup terrã. ¶ Cũ Saturnꝰ ⁊ Mars fuerit in aſcẽdẽte vel alio loco forti ⁊ fortũato tñ ac ꝺ ſub radijs ſolis apparẽtes ſignificãt ſanã nutritionẽ ⁊ morã nati in mũdo. ⁊ hoc idẽ ſignificãt pl'e diurni ĩ ſignis diurnis ⁊ nocturni ĩ nocturnis ac ĩ angulo aſcendẽtis vel in medio celi exñte. ¶ Qñ trãſiuerit mediũ ſigni ĩ quo ẽ ⁊ fuerit ſignũ illud aſcendẽs vel decimũ: Natus viuet ⁊ nutrieť ſꝫ ad ſenectutẽ nõ ꝑueniet. ¶ Qñ dñs triplicitatis aſcẽdẽtis fortis fuerit ac in medio celi vel ĩ aliq̃ fortitudĩe aut ĩ .4. domo ſignificat pulchritudinẽ nutritionis nutu dei. ¶ Infans q viuet ⁊ nutrieť ⁊ ad ſenectutẽ ꝑueniet ẽ q hꝫ ſignificatores prenoĩatos fixos ⁊ fortes ĩ angulis ac liberos ⁊ nõ cadẽtes ab angulis. ¶ Et ſiliter qñ alkocoden nati fortis ac ſtabilis fuerit: Et pl'a q ei pulſat fuerit in locis in qbus dignitatẽ aliquã habeat fortis ⁊ a retrogradatiõe ac ĩfortunio ſaluus. Nã tũc alcodẽ dabit ei ãnos ſuos maiores. ¶ Qñ Sol ⁊ Luna ĩ ſuccedẽtibꝰ fortunati fuerit: natꝰ ĩtrabit ãnos ⁊ bñ hẽbit: ac ſue nature dñabiť. ¶ Qñ luna fuerit in medio celi ⁊ in aſpectu fortune ac ĩfortune ab ea cadẽtes: natus magnã morã in mũdo hẽbit. ¶ Qñ fortune ĩ .4. domo fuerit: natꝰ ad ſenectutẽ ꝑueniet ⁊ erit mors eiꝰ in magno ſtatu. ¶ Qñ Juppiter in domo ac eiꝰ termĩo fuerit lõgitudinẽ vite ſignificat ita ꝙ natꝰ filios filioꝝ: ⁊ filioꝝ filios videbit. ¶ Qñ Sol ĩ termĩo Saturni ⁊ ĩ domo vel exaltatõe ꝓpa fuerit: natus lõgã morã in mũdo faciet: ⁊ magnitudinẽ in morte hẽbit. ¶ Qñ Sol in domo vel dignitate ſua exñs ita ꝙ infortune eũ nõ aſpiciant natus diu viuet ⁊ erit nature ſue dñs. Qñ ſol liber ab infortunis in medio celi fuerit: natus vitã longã cũ celſitudine hẽbit. Qñ Venus in aſcẽdẽte ⁊ ĩfortune ab ea cadẽtes ⁊ Juppiť ipſaꝫ aſpexerit: natus erit lõge more ac pulchre vite ĩ hoc mũdo. Qñ Luna fuerit in aſcendẽte ſine aſpectu infortune natus erit lõge vite. Qñ Mecurius Venus ⁊ Sol bono aſpectu Lunã aſpexerit natus erit lõge vite ⁊ in nã ſua eq̃lis atqꝫ ſanus. ¶ Quando Luna ⁊ Mercurius in eodem ſigno fuerint: necnon in occidente vel .4. domo: Natus erit longe vite. ¶ Qñ pars fortune vel eius dominus orientalis ⁊ ex̃ radios ſine aſpectu infortune in aſcẽdẽte fuerit Natꝰ erit lõge vite. ¶ Quidã ſapiẽtes in re nutritiõis aſpiciũt ƀꝫ .3. Lune ſtatꝰ .ſ. i .3. die a natiuitate .7. ⁊ .40. diebus. Nã luna in his ꝑiodis nãꝫ oĩuꝫ pl'arũ ac ſignoꝝ trãſibit: ⁊ cadet ab illo q eã aſpiciebat ⁊ aſpiciet illũ q ab ea cadebat. ¶ Et iõ dũ tres dies ꝯpleti fuerit Natꝰ lac ſuggẽ ⁊ matrẽ cognoſcẽ ⁊ guſtuꝫ in dulcedine lactis ꝑcipe ĩcipiet poſt tres annos incipiet ire ſuis pedibꝰ ⁊ loqueť: ac intellectus eius magnificabiť ĩ .7. alijs diebꝰ ꝯplebit Luna aliã ꝑtẽ circuli ⁊ mutabit ꝯplexiõeꝫ ſuã ⁊ hẽbit nãꝫ ſignoꝝ ſignificabitqꝫ multitudinẽ vel paucitatẽ lactis: ⁊ debilitatẽ aut fortitudinẽ lactationis. ¶ Qñ natus .7. dies tranſierit: ⁊ fuerit boni fiduciã hẽbit bone nutritiõis: ⁊ lõge more in hoc mũdo: eritqꝫ liber a malis egritudinibꝰ: tũc ſi fuerit filius iudei vel mauri circũcideť. ¶ Et ſi filius xpiani baptizabiť: aut cathetizabiť. ¶ Et cũ ꝑuenerit natus ad .7. ãnos: tũc diſcernet ⁊ eripiet doctrinã ſenſũ ac vitã ƒm res ſi

dei. ¶ In.40. ānis ꝯplebit ānos fortitudinis ac na
ture post quos declinare quotidie icipiet: dōec vitā
quā deus dedit cōpleuerit. ¶ Scias ḡ ꝙ qñ Lu
na die.3. ab angulis cadēs fuerit niſi fortune ꝑ ꝯiū
ctionē vel aſpectuʒ applicuerit paucitatē lactis ac
difficultatē nutritiōis ſignificat. ¶ Qñ ſignificator
nutritiōis fuerit ifortuna ⁊ ꝓpe Saturnus ⁊ pegri
nus fuerit ſignificat deſtructionē nati ⁊ ꝙ iordiate
viuet. ¶ Sol in natiuitate diurna in termio Satur
ni exiſtēs ſignificat ꝙ in nutritiōe nati erit labor ⁊
turpitudo. ¶ Qñ Saturnus ⁊ Mars radios ſuos
ſuꝑ terminū aſcēdētis ꝓiecerit ſignificāt iſortuniū
in nutritiōe. ¶ Qñ pars fortune in.4. domo infor
tunata fuerit malā nutritionē ſignificat. ¶ Qñ dñs
aſcendētis ⁊ dñs nutritiōis cū parte fortune fuerit
alligati ⁊ vnus illoꝝ fortis i ſuo loco: dānationē nu
trimēti ſignificāt. ¶ Qñ pars fortune in vndecia
domo fuerit ⁊ dñs eius ſine receptione: natus erit
malus ad nutriendū ⁊ addet malū malo. ¶ Quā
do Luna ab infortuna ſepat ſignificat multas egri
tudines nato tꝑe nutritionis ⁊ in nutrimēto laborē
hēbitq; natus plagas i corꝑe ⁊ dolores in ſanguie.

De Significatiōe facierum ſignorum circa nutri
tionem.

p Rima facies arietis ſignificat egritudies
in nutritiōe ac dolorē lapidis ⁊ ꝙ putre
do de carne eiꝰ exibit. ¶ Secūda facies
arietis multiplicabit egritudines: ſʒ ab
eis diriget ⁊ ſanabit. ¶ Qui in.3. facie arietis na
ſcet poſt.5. menſes a natiuitate infirmabit. ¶ Qui
prima facie tauri naſcet inuadēt eū dolores ⁊ egri
tudines cū fuerit vnius anni cū dimidio. ſ. ꝑſeuerā
tes donec circa finē vite ꝑuenerit. Et qñ fuerit.30.
mēſiuʒ hēbit dolores calidos: Et qñ fuerit ſex āno
ruʒ hēbit egritudines in ordinatas ac res ipm gra
uātes. ¶ Qui.2. facie tauri naſcet erit ſanus dōec
7. ānos a natiuitate trāſierit ⁊ tūc iuadēt eū egritu
dines ſʒ ab eis nutu dei liberabit. ¶ Qui prima fa
cie geminoꝝ naſcet: egritudine magna ꝑ.5. menſes
a natiuitate infirmabit. Et qñ vnius anni cū dimi
dio fuerit cadet de vna egritudie in aliā dōec ad.3.
annos cū dimidio: ⁊ tūc ſcabies eū iuadet. ¶ Qui
2. facie geminorū naſcet a ſcḋo mēſe ſue etatis non
remouebunt ab eo egritudines dōec ad annū cuʒ
dimmidio ꝑuenerit. Et qñ q̈tuor annoꝝ fuerit gra
ui egritudine infirmabit ita ꝙ de morte eius dubi
tabit. ¶ Qui.1. Facie leonis naſcet poſt ſex men
ſes a natiuitate egrotabit ⁊ apparebūt in carne eiꝰ
vulnera ⁊ dolor lapidis: nec ab eo remouebit dōec
annū etatis.7. attigerit. ¶ Qui.2. facie leonis ⁊ etiā
3. naſcet ꝑ.7. annos ab hora natiuitatis quotidie cō
putandos ifirmabit. ¶ Qui ꝓma facie libre naſcet
lacte duarū mulierū nutriet. ¶ Et qñ etatis triuʒ
mēſiuʒ fuerit iuenient eū dolores. Cū v° nouē men
ſes trāſierit fluxū ſanguinis denaribꝰ hēbit. ¶ Qñ
etatē vnius anni cū dimidio attigerit graui egritu
dine ifirmabit: a qua dū ſanatus fuerit: iuadent eū
dolores in capite ꝑ duos annos.6. menſes.20. dies.
¶ Qui ꝓma facie ſcorpiōis naſcet poſt qnq; ānos
a natitate iuadēt eū dolores. ¶ Qui.1. facie ſagita
rij naſcet pꝰ.25. mēſes a natiuitate eiꝰ magnas egri
tudies hēbit ita ꝙ de morte eiꝰ dubitabit: ⁊.10. mē
ſibus i capite egrotabit ſʒ ꝑ vētris fluxū liberabit
¶ Qñ etiā decimū annū itrauerit graui egritudie
infirmabit: de q̄ ſi ꝯualuerit multū viuet. ¶ Qui
ſcḋa facie ſagitarij naſcet qñ ad q̈tuor ſue natiuitatꝭ
mēſes ꝑuenerit: inuadēt eū egritudies. Et qñ ſecū
dū annū attigerit graui ifirmitate egrotabit: de q̄
ſi ꝯualuerit erit lōge vite. ¶ Qui.3. facie ſagitarij
naſcet iuadēt eū dolores ⁊ egritudies donec q̈tuor
etatis ſue mēſes trāſiuerit. Et ſi ꝯualuerit multuʒ
viuet. ¶ Qui ꝓma facie capricorni naſcet ḋ morte
eius dubitabit dōec duo anni ab eiꝰ natiuitate trā
ſierint. ¶ Qui.3. facie capcorni naſcet graui egritu
dine egrotabit ac multas vētoſitates hēbit ⁊ parē
tes eiꝰ morient: nutrietq; eū mulier exⁿnea. ¶ Qui
ꝓma facie aq̈rij naſcet: poſt.10. mēſes a natitate ifir
mabit ⁊ viuet poſt hoc decēſq; nutrimētum hēbit.
Qui.2. facie aq̈rij naſcet graui egritudie poſt.6.
menſes a natitate infirmabit. Qui.3. facie aq̈rij
naſcet egritudo ab eo nō remouebit dōec.7. anni
a natiuitate ſua trāſierit poſtea ſanabit ⁊ vita eius
ꝓlongabit.

De Protectione nati. Ca.10.

a Spice lunā: q̄ ſi cū fortuna in aliquo an
gulorū vel ſuccedentiū fuerit: ⁊ ifortuna
ipm: natus nutriet. Sʒ mater ſua ipm ꝓ
iciet. ¶ Nō ſi luna in termino infortune
fuerit: ambo parētes ipm ꝓiciēt. ¶ Qñ mars i na
tiuitate diurna in.4. ſigno poſt ſolē ⁊ luna pegrina
exñs ipm a.7. domo aſpexerit: natus ꝓiciet. ¶ Et
eodē mō ꝑ ſaturnū i natiuitate nocturna iudicabiſ.

De Pulchritudine nutrimēti nati. Ca.11.

s Ciendū eſt ꝙ ſepatio ab infortuna ſigni
ficat pulchritudinē nutrimēti ⁊ ꝙ natus
erit fortunatus int̄ fratres ac opa fratrū
diriget. ¶ Qñ pas fortūe cū luna fuerit
ita ꝙ Iuppiť eā natiuitate diurna aſpiciat ⁊ Venꝰ
in natiuitate nocturna: ſignificat pulchritudinē nu
trimēti: ꝓſertiʒ ſi dicta pars pl'a orīētalis ac in ſigno
maſculino in natiuitate diurna exñs: erit fortitudo
eius firma atq; ſana in re nutrimēti ⁊ ita dic de pl'a
occidētali ac in ſigno femineo in natiuitate noctur
na exñte. ¶ Et quēadmodū de pulchritudine nutri
mēti ꝑ ptē fortune iudicamꝰ: Ita ꝑ ptē abſentie iu
dicare poterimus. ¶ Pars ābſentie accipit in die
a luna in ſolē ⁊ in nocte eͦ ⁊ ꝓicit ab aſcendēte: ⁊
vbi finierit terminꝰ: ibi erit dicta pars: q̄ ſi cū luna
vel aliqua ex fortunis fuerit aut lunā aſpexerit: na
tus erit pulchre ſtature ac nutritionis: ⁊ naſcent ei
dentes ſine dolore.

De Scientia hyleg. ⁊ alcocoden. Ca.12.

h Yleg enī vitā nati ⁊ mortē ſignificat. Ac
ꝑ athazir eius ad aſpectū fortunarū vel
infortunarū ſcies vitā ⁊ mortē nati nutu
dei. ¶ Et ſcias ꝙ ſapientes exⁿhūt hyle
gia qnq; locis. ¶ Primo a ſole.2. a luna.3. a ḡ. aſcen
dētis.4. a parte fortune ⁊.5. a gradu ꝯiūctiōis vel ꝓ
uētiōis natiuitatē ꝓcedētis. ¶ Cū ḡ natiuitas diur
na fuerit: Incipiamus ꝓmo a ſole: q̄ pl'ris ac tꝑibus
dñat ⁊ eſt luminare diei. ¶ Nō ſi natiuitas noctur
na fuerit. ¶ Incipiamꝰ ꝓmo a luna q̄ eſt luminare
noctis ⁊ q̄ ordinationē noctis poſſidet. ¶ Si ḡ ſol i
natiuitate diurna ſit in aſcēdēte vel decima aut.11.
domo q̄ ē domus fiducie ac fortune fuerit ſʒ ſignū
ſit maſculinū aut femineū erit aptus vt ſit hyleg. dū
tñ dñs domus, exaltatiōis triplicitatis vel termini
ipm aſpexerit. ¶ Si aūt aliq̄s iſtoꝝ dñoꝝ ipm non

aſpexerit: Sol hyleg eſſe nõ poterit. ¶ Et ſi ſol in
his locis non fuerit ſʒ in. 7. vel. 8. domo aut. 9. in ſi-
gno maſculino erit apt⁹ vt ſit hyleg. dũtñ aliqͣs pre
dictoꝝ dñoꝝ ipſuʒ aſpexerit. ¶ Ptoleme⁹ tñ non
vult ꝙ ſol in. 8. domo exñs ſit hyleg. ſʒ eo exñte in
4. domo ac in ſigno maſculino aptus eſt ſm eundẽ
vt ſit hyleg: dũtamẽ aliqͣs ꝑdictoꝝ dñoꝝ ipm aſpe
xerit. ¶ Eodẽ mõ negat ptoleme⁹ ꝙ luna in. 8. do
mo poſſit eẽ hyleg ſʒ bñ i locis ſupradictis dũ in ſi
gno feminino fuerit ⁊ aliqͣs ꝑdictoꝝ dñoꝝ ipm aſ-
piciat. ¶ Cũ ḡ ſol hyleg fuerit pl'a ipm aſpiciẽs erit
alcocodẽ. ¶ In natiuitatib⁹ v̓o nocturnis: Primo a
luna: ſicut dictũ ẽ: incipimus: q̄ ſi in. 3. 4. 5. vel. 8. do
mo ac ĩ ſigno femico fuerit ipa erit apta vt ſit hyleg
dumtamẽ aliquis predictoꝝ dominoꝝ ipſam aſpe-
xerit. Et qui ipſam aſpexerit dicit̉ alcocodẽ. ¶ Po
ſtea querẽ athazir hyleg ⁊ aſpectũ ei⁹ ad fortunas
vel infortunas ac eoꝝ radios. ¶ Nõ ſi Sol ⁊ Lu-
na nõ fuerint apti vt ſint hyleg: vide vtrũ ḡ. aſcen-
dentis ab infortunis liber fuerit: ⁊ domin⁹ eius for
tis ac liber ac in angulis vel ſuccedẽtibus exiſtẽs
nõ retrogradus nec cadens aut cõbuſtus: tunc eni
erit apt⁹ vt ſit hyleg ⁊ ab illo ſume athazir. ¶ Nõ
ſi gradus aſcendentis non poſſit eſſe hyleg: aſpice
partẽ fortune: que ſi angulis vel ſuccedẽtibus ⁊ ab
infortunis libera: necnõ aliquis predictoꝝ domioꝝ
ipſaʒ aſpexerit erit apta vt ſit hyleg ⁊ aſpiciẽs ipaʒ
alcocoden: tũc ab illa ſume athazir ⁊ tempora per
eam. ¶ Nõ ſi pars fortune nõ ſit apta vt ſit hyleg
aſpice cõiunctionẽ vel preuentionẽ que natiuitateʒ
nati preceſſit: Et ſi ab impedimẽtis que diximus li
bera fuerit ⁊ aliquis ipſoꝝ dominoꝝ ipſam aſpexe
rit erit apta vt ſit hyleg. ¶ Aſpice ergo graduʒ in
quo cõiunctio vel preuẽtio fuerit ab illo ſume atha
zir ſicut de ḡ. aſcendentis diximus: dando cuilibet
gradui annũ. ¶ Et ſi athazir ad infortunã peruene
rit fortuna ibidem nõ aſpiciente: natus moriẻt illo
anno. ¶ Quidã ſapientes dixerũt ꝙ ſi in natiuita-
te diurna Sol non poſſit eſſe hyleg: aſpicere debe
mus ad Lunã: que ſi in aſcendente vel in angulis
aut in loco vbi habeat aliquã dignitatẽ fuerit ac in
ſigno feminino erit apta vt ſit hyleg. ¶ Et ſimili-
ter i natiuitate nocturna: quãdo luna nõ poteſt eẽ
hyleg aſpice ad Soleʒ qui ſi in angulo terre. 3. l. 5.
domo fuerit erit aptus hyleg ⁊ aſpice alcocoden
¶ Dixit Dorochius. ¶ Quando aliquis de. 5. ſu-
pradictis nõ poterit eſſe hyleg ⁊ ps fortune in aſcẽ
dente fuerit ⁊ dominus eius fortunatus tamẽ ipſa i
in aſcendente poſt. 15. ḡ. anguli ipſa erit apta vt ſit
hyleg ¶ Quãdo Sol ⁊ Luna in. 7. domo nõ infor
tunati fuerint: erunt apti vt ſint hyleg: dumtamen
in natiuitate diurna Sol ſit i ſigno maſculio ⁊ Lu
na in feminino ac in domibus ſuis vel locis: vbi ali
quã dignitatẽ habeãt: fuerint: vt ſi leo erit aſcẽdẽs
⁊ Sol in ariete: aut Cancer aſcendẽs ⁊ Luna in pi
ſcibus. ¶ Nam quãdo pl'e a domo vel exaltatione
ſua ac triplicitate vel termio fuerit fortitudinẽ ha
bebunt. In hyleg vero qui a gradu aſcendẽtis vel
partis fortune aut cõiunctionis vel oppoſitiõis na-
tiuitatis precedentis ſumit̉ non debemus aſpicere
vtrum ſit ſignũ maſculinũ vel femininũ aut vtruʒ
natiuitas diurna vel nocturna fuerit. Sed vtrum
domini ſui aſpiciãt ipſum hyleg. ¶ Cum ergo ha-
bueris hyleg: facias athazir ei⁹ ad loca infortuna

rum: nã quotienſcũqʒ ad. 4. vel oppoſitũ infortune
aſpectũ ꝑuenerit ⁊ fortune radios ſuos ibidem nõ
proiecerit timendũ eſt de morte nati. ¶ Nõ ſi for-
tune ad locũ illũ. ſ. infortune radios ſuos ꝓiecerit
natus aliquod magnũ impedimentũ vel egritudi-
nem patiẻt: ſed tãdẽ nutu dei liberabit̉. ¶ Quidã
aũt dixerũt ꝙ ſi in natiuitate diurna Sol hyleg eẽ
nõ poſſit nec Luna in natiuitate nocturna ⁊ nati-
uitas cõiunctionalis fuerit: tunc accipe debem⁹ ptẽ
aſcendẽtis. ¶ Et ſi preuẽtionalis fuerit accipe pteʒ
fortune ⁊ opare cũ athazir Lune ſicut dixit Ptole
meus: quia licet Luna nõ ſit hyleg: oʒ tamẽ ꝙ fiat
ei athazir ad fortunas vel infortunas. Nã quãdo ad
infortunaʒ peruenerit faciet de duobus vnum: aut
malũ ſimile morti inducet aut effectum fortunarũ
necẽ: ſi necem ſignificent adiuuabit. ¶ Quãdo Lu
na fuerit hyleg ⁊ ḡ. aſcendẽtis in radice natiuitatis
infortunatus ⁊ peruenerit cũ Luna vel cuʒ Sole
aut cõiunctio iſortune tẽpore natiuitatis iſortunato
natus erit in periculo mortis. ¶ Similiter quando
ḡ. aſcendẽs fuerit hyleg ⁊ in radice natiuitatis iſor
tunatus: aut alligauerit ſe cũ dño aſcendẽtis vel cõ
iunctionis infortunato: Natus egritudinẽ magnam
habebit: ita ꝙ de morte eius erit dubitãdũ. ¶ Nñ
feceris athazir per ḡ. cõiũctionis vel preuẽtiõis ad
aſpectũ fortunarũ ac infortunarum ⁊ alligauerit ſe
athazir cũ vna de infortunis timendũ eſt de morte
nati. ¶ Et quãdo alligauerit ſe athazir termino in
fortune interficiet aliquẽ: vel inducet maluʒ ſimile
interfectioni: vbi fortuna fortis ipſuʒ terminũ aſpe
xerit vel Sol in natiuitate fortis exiſtẽs perueniat
ad ipſuʒ cũ quo infortuna alligatus eſt: Nam illud
liberationẽ nutu dei ſignificabit. ¶ Quãdo iuene-
ris hyleg ⁊ vnus dñoꝝ in hyleg dignitatẽ habẽtiũ
ipſum aſpexerit fac cũ alcocoden: ac ei ſm fortitu-
dinem ſui loci annos dabit ac etiã pl'am cui per cõ
iunctionẽ vel aſpectũ vim ſuã dederit. ¶ Quod ſi
aliquis predictorũ dñoꝝ hyleg nõ aſpexerit: natus
nõ habebit alcocoden: facias ergo ei alcaſir cũ ḡ.
aſcendẽtis a loco infortunarũ. ¶ Et qñ peruenerit
ad infortunã mortẽ nati ſignificãtem erit terminus
mortis nati. ¶ Et quidã fecerunt de hyleg ſicut fe-
cerunt de alcocodẽ ſm additionẽ vel diminutionẽ
annoꝝ pl'e hyleg aſpicientis. ¶ Et ſcias ꝙ ſi domi
nus domus hyleg ipſum aſpexerit preferẽdus eſt
dño exaltatiõis: ⁊ dñs triplicitatis dño termini: Et
dñs termini dño faciei: vt ſit alcocodẽ. Pl'a ergo q
in loco hyleg plures dignitates habuerit aptior eſt
vt ſit alcocodẽ q̄ alius qui pauciores dignitates ha
buerit. ¶ Scias ergo ꝙ ſi alcocodẽ fuerit i. 10. vel
prima fortis ⁊ ab infortunis liber: necnõ in eius do
mo exaltatione triplicitate vel termino: dabit nato
annos ſuos magnos. ¶ Et ſi in dictis locis peregri
nus fuerit dabit annos ſuos medios. ¶ Et ſi retro-
gradus vel cõbuſtus aut infortunatus fuerit: dabit
annos ſuos minores. ¶ Sed ſi in. 4. vel. 5. aut. 11. do
mo fuerit ac in ſua domo exaltatiõe triplicitate vel
termio dabit nato annos ſuos miores. ¶ Sed ſi re-
trogradus vel ꝯbuſtus aut i ei⁹ caſu: vel iſortunat⁹
fuerit dabit ꝓ annis minoribus menſes. ¶ Et ſi in
6. vel in. 12. domo aut in. 9. fuerit fortis tñ ac rece-
ptus ab infortunis liber nato ꝓ annis minorib⁹ da-
bit etiã menſes. Sed ſi in dictis locis retrogradus
aut cõbuſtus vel infortunatus fuerit: dabit ꝓ annis

ſuis minoribꝰ dies vel horas. ¶ Nō ſi planete alco
codē aſpiciētes fuerint in aſcendēte. 10. vel. 7. do
mo dabunt annos ſuos minores. ¶ Qū in. 5. in. 10.
vel. 4. fuerint necnō in ſuis domibus exaltatiōibꝰ
triplicitatibus: aut terminis fuerit annos ſuos mi
nores cōferēt. ¶ Sed ſi retrogdi cōbuſti vel infor
tunati fuerint: dabunt ꝓ annis ſuis minoribus mē
ſes. ¶ Et ſi in angulis vel ſuccedentibꝰ fuerint nec
nō retrogradi cōbuſti vel impediti aut in caſu ſuo
vt dictū eſt: exiſtētes: dabunt ꝓ annis minoribꝰ dies
vel horas. ¶ Operare ergo ſm hunc modū addē
do cū fortunis ⁊ diminuendo cū infortunis: ⁊ fortu
ne ꝑ cōiunctionē vel ſextilē: vel trinū aſpectū an
nis nati addunt: Infortune vͦ ꝑ earū cōiunctionē
vel q̈rtū aſpectū aut oppoſitionē minuūt. ¶ Dixit
Abucuſſā. ¶ Quādo videris alcocoden alicui pl'e
pulſantē ⁊ ille pl'a fortis fuerit dimitte alcocodē: ⁊
accipe illū pl'm per alcocodē: preſerti ſi. 2. recepit
nec ei lumē ſuum ⁊ ſuam ordinationez reddiderit.
¶ Nam pulſatio eſt ſicut ille qui innuit dare aliqd
alteri. ¶ Receptio eſt ſicut ille qui recipit donum.
¶ Et ille qui reddit eſt ille qui donū receptū cuſto
dire nō poteſt. ¶ Quādo ergo alcocodē pl'e i aſcē
dente vel in hyleg dignitatē habēti pulſauerit: con
mitte eidē pl'e ſignificationē: dūtamē ille pl'a alteri
pl'e vim ſuam non ꝯferat: ſed ipſi alcocodē viz ſuā
referat. ¶ Quidā ſapientes dixerūt qꝫ quādo pl'a
fuerit in ſua dignitate ac in angulis ⁊ occidentalis
fuerit: dabit annos ſuos medios. ¶ Nō ſi retro
gradus aut infortunatus: aut ſub radijs fuerit: da
bit annos ſuos minores: niſi a ſole ſeperatus fuerit.
¶ Et ſi in aſcendēte fuerit vel medio celi dabit an
nos ſuos minores. ¶ Sed ſi ibidē dignitatē aliquā
nō habuerit. ¶ Et ſi i. 4. vel. 7. domo fuerit ac ibidē
poteſtatē aliquā habuerit: aut etiā oriētalis fuerit: da
bit etiā annos ſuos miores. ¶ Nō ſi ibidē dignita
tem q̄q̄ nō habuerit annos ſuos medios cōferet.
¶ Quādo alcocodē in. 5. vel. 11. domo exiſtēs oriē
talis fuerit dabit annos ſuos medios. Nō ſi debilis
fuerit annos ſuos minores cōferet. ¶ Quādo alco
codē in. 9. domo fortis exiſtens ac dignitatē in eam
habens orientalis fuerit dabit annos ſuos medios
Sed ſi ibidē pegrinus fuerit annos ſuos minores
conferet: Et ita dic ſi in. 3. domo fuerit: niſi qꝫ tertia
domus ē minus fortis q̄ 9. ¶ Et ſi alcocodē in. 6.
vel. 12. domo ac i fine ſue fortitudis vel dignitatis
fuerit dabit annos ſuos minores. ¶ Nō ſi in dictis
domibus debilitatus fuerit menſes cōferet: ſi retro
gradus aut pegrinꝰ dies: ſi cōbuſtus horas. ¶ Qū
infortuna ex. 4. vel oppoſito aſpectu: vite ſignifica
torem aſpexerit minuet ei ex ānis datis ānos ſuos.
¶ Et ſi dictū ſignificatorē trino vel ſextili aſpectu
ac ex bono loco dicta infortuna aſpexerit cū annis
datis addes ānos ſuos minores. ¶ Et ſi fortuna eū
quocūqz aſpectu aſpexerit nihil de annis datis mi
nuet: ſed ſemꝑ addet. ¶ Cum caput draconis cū al
cocodē fuerit quartā ꝑtez annoꝝ minuet. ¶ Scias
qꝫ vl'e retrogradi ob debilitatē ſuoꝝ ſignificationū
nō faciūt bonū nec malū. ¶ Quādo fortune in op
poſito domoꝝ ſuarū fuerit: aut in oppoſito infortu
narum bonū aliquod nō cōferent ſz potius malū.
¶ Et ſcias qꝫ infortune peiores dicunť q̄n vna ſaliā
oppoſito aſpectu aſpexerit. ¶ Qū alcocodē ānos ali
quos nato dederit ⁊ illud verificauerit nō po
teſt infortuna deſtruere illos annos. ¶ Sed ſi alco
coden retrogradus aut infortunatus fuerit: illa in
fortuna annos illos habebit natus qd̄ erit ſibi con
trariū. ¶ Quādo infortune ad dn̄um alcocodē ex
angulis ⁊ inter eos fuerit maius ſpaciū corpore ſuo
nō minuēt annos ſuos: immo addēt: Sed natū ad
īnumerabilia ꝑicula ꝯducent fortuna nō addet an
nis alcocoden ex angulis: niſi recipiat ipſum ⁊ ipſe
illam: ſed nō erit additio vel diminutio. niſi cū alli
gatione. Quādo Sol ⁊ Luna fuerit infortunati
deſtruūt ⁊ addūt infortunas i malo ac deſtructiōe.
Nō ſi in eoꝝ dignitate: aut cum eoꝝ infortunis
fuerit remouebūt ab infortunis malū: ſz ſic nō eſt
de Mercurio dicendū. Nā ſi cū iſfortuna fuerit
malū ac infortuniū augmentabit: Quādo in ali
qua natiuitate, ⁊ luminaribus infortune circunda
te fuerint: nocere nutu dei nō valebunt: aut ſaltez
parū nocebunt. Similiter quando infortune in
natiuitate cadentes fuerint hyleg in reuolutione
annoꝝ nō nocebunt. Quādo dominus alcocodē
ſoli in natiuitate iunctus fuerit addet annos ſuos
paruos. Caput etiā draconis non addit nec etiā
minuit. Caput autē draconis alcocoden fortificat.
Cauda vero debilitat: ac egritudines nato in
ducit. Dixit Thaberit. Quando alcocodē in
eodem g̃. cū capite draconis addet alcocodē quar
tam partem annoꝝ ſuoꝝ: ſed ſi cum cauda fuerit
minuit ab alcocodē eius quartaz partem. Et ſi
pl'a in natiuitate fortior exiſtens ad melius perue
nerit q̄ tūc erat: natū ex debilitate ad fortitudinē
ac ſublimitatē diriget ac impellet. Sed ſi ad de
terius ꝑuenerit contrariū faciet. Quādo in na
tiuitate alicuius filij regis vel principis diſpoſitio
celi mala fuerit: erit in regno vel principatu ſuo in
fortunatus. Et hec ſignificatio fortior erit: ſi pl'e
a quibus infortuniū peruenerit in aſcenſione ſua
fuerint maxime inimicenť vz infortunans ⁊ infortu
natus. Nam in illo caſu accident nato inimicicie
habitantium atqz loci. Quod ſi cum hoc in
fortuna fuerit fortis ⁊ ille qui infortunatur in loco
debili ⁊ qꝫ dominus domus ſue eum aſpiciat nec
eum fortuna nec etiam fortune per coniunctionez
vel aſpectum applicauerit. Aſpice in natiuitate il
lius, cuius vita breuis eſt ad deſcenſionem plane
tarum ac eoꝝ infortuniū necnon ad Solem. Lu
nam aſcendens partem fortune ⁊ g̃. coniunctio
nis vel preuentionis natiuitatem precedentis ⁊
que harum ſignificationū cum infortuna alligat.
Nam tunc natus morieť ⁊ anni eius finientur.
Nec aſpicies in hoc ad debilitatem infortune
quia quocunqz modo fuerit ſiue cadens retrogra
da aut combuſta ⁊ alligauerit cum ea aliqua de ſi
gnificationibus predictis: natum interficiet pre
ſertim quando planete eius fuerint infortunati ⁊ in
fortune in angulis. ¶ Quando Luna fuerit in. 4.
vel oppoſito ſui loci interficiet natum. ¶ Quādo
Sol tempore natiuitatis in domo candente fuerit
⁊ infortuna in angulo exiſtens ipſū aſpexerit: natꝰ
illa hora qua Sol ad dictam infortunam peruene
rit morietur. ¶ Quando alcocoden tempore nati
uitatis iſfortunatus fuerit aut i loco debili ad quar
tum oppoſitum loci ſui aſpectus peruenerit natuz

interficiet. ¶ Quod ſi nat⁹ alcocoden non habuerit aſpice partem fortune ac eius dominuz in quo ſigno ceciderint: ⁊ accipe gradum aſcenſionis illius ſigni inquo eſt pars fortune ad clima vel latitudinem illius ciuitatis in qua eſt natus: ⁊ adde ſuper hoc circuitionē vel reuolutionem domini partis fortune: Et dic ꝙ natus viuet tot menſibus diebus vel annis ſm numerum quot erunt illi gradus: aut ſm ꝙ in annis planetarum inuenies: nam quando natiuitas infortunata fuerit ⁊ planete infortunati: ac dominus partis fortune infortunat⁹: Dic ꝙ natus viuet ſm numerum predictuz tot horis. ¶ Quod ſi dicti planete in .10. domo fuerint: natus annum integrum nō complebit: niſi deus voluerit. ¶ Scias ꝙ quando ſignū aſcendens fuerit .29. gradus: athazir eſt illius .29. g̃. et melius ex illo eſt ꝙ ſit fortuna in .2. ſigno: eo ꝙ dominus .2. erit particeps: cum dictus aſcendens illo anno ⁊ anno ſequēti erit ſolus ſequenti ſine participatione primi.

De annis planetaruz: quibus ſapientes in partitione natiuitatis operantur.

Capitulum .13.

a

Cceperūt eni ſapientes circuitiōes .5. planetarum vz Saturni Jouis Martis Veneris ⁊ Mercurij ſm termios eoꝝ p .12. ſigna: ⁊ ex coniūctione Mercurij terminorum adinuicem fecerunt annos planetarum maiores.

¶ In Sole vero ⁊ Luna acceperunt firdariam eorum. ¶ Et quia anni firdarie Solis ſunt .10. multiplicauerunt eos per .12. ⁊ peruenerūt .120. anni: quos appellauerunt annos ſolis maiores. ¶ Similiter anni firdarie Lune ſunt .9. quibus per .12. multiplicatis peruenient .108. anni. Erunt ergo anni Lune maiores .108. ¶ Sed annos Solis ⁊ Lune medios acceperunt per mediationes annorum ſuorum Maiorum: ⁊ additione annorum ſuorum minorum ac totius aggregati mediationem.

¶ Anni eniz Solis maiores ſunt: vt dictum eſt .120. quibus mediatis prouenient .60. ſuper quos ſi annos Solis minores: qui ſunt .19. addiderimus prouenient anni .79. quos ſi mediauerimus prouenient anni Solis medij qui ſunt .39. cuz dimidio. ¶ Cauſa autem quare anni ſolis minores ſunt .19. eſt quia Sol ab initio arietis vſqꝫ ad gradum in quo exaltatur ſunt .19. gradus. Ideo antiqui ſapientes ſm quātitatem horum graduum annos ſuos minores fecerunt. ¶ Et quia ab apparitione Lune poſt cōiunctionem eius cum ſole donec iterum ei iungat ſunt .25. dies dixerunt ꝙ anni Lune minores ſunt 25. ¶ Anni vero Mercurij ſunt .20. eo ꝙ a principio abſconſiōis eius ſub radijs Solis vſqꝫ ad eius apparitionez ſunt .20. dies. ¶ Sed anni Saturni minores ſunt triginta ideo ꝙ in triginta annis circuitum ſui circuli perficit. ¶ Similiter anni Jouis minores ſunt .12. eo ꝙ in .12. circuitum ſui circuli perficit. ¶ Anni vero Martis minores ſunt .15: eo ꝙ in tot menſibus facit circulum a domo ſigni ſui diurni quod eſt Aries: vſqꝫ ad ſignum ſui nocturni: quod eſt ſcorpius: ¶ Sed anni veneris minores ſunt octo eo ꝙ in octo menſibus circuluz ſuuz complet. ¶ Anni vero medij quinqꝫ planetarum predictorum ſcilicet Saturni Jouis Martis Veneris ⁊ Mercurij ſic habentur. ¶ Accipe annos ſuos minores ſiue paruos: Et cum annis eorum maioribus adde ⁊ inde medietatem ſubtrahe: ⁊ quod poſt ſubtractionem peruenerit erunt anni medij.

De Scientia diuiſorū ſiue partitionis annoꝝ nati.

Capitulum .14.

c

Um diuiſorem annorum in natiuitate habere volueris vide cuius planete erit terminus gradus aſcēdētis: quia ille planeta erit diuiſor dādo cuilibet gradui annum vnū.

¶ Et cum terminus gradus aſcendentis tranſiuerit aſpice ad terminū ſequentem: Nam dominus dicti termini ſequentis erit diuiſor. ¶ Et ſic fac de termino in terminum donec vita nati completa fuerit. ¶ Aſpice ergo ad planetas dominum termini aſpicientes ⁊ miſce ſignificationes eorum cum ſignificationibus domini termini. ¶ Quod ſi dominus termini ac planete ipſum aſpicientes fortune fuerint: erunt ſignificationes eorum in bonum: Si infortune in malum. ¶ Et ſi dominus termini infortune fuerint ⁊ fortuna ipſum dominum aſpexerit miſce eorum ſignificationes ſimul ⁊ ſm hoc iudica. ¶ Exemplum de hoc: Si Mercurius in aliqua natiuitate fuerit dominus termini grad⁹ aſcendentis ⁊ Juppiter ipſum quarto aſpectu aſpexerit ⁊ Venus in trino: Saturn⁹ vero ⁊ Mars ex oppoſito Mercurius quoniam eſt domin⁹ termini dabit nato ſcientiam ⁊ intellectum bonum.

¶ Aſpectus vero Jouis confert ei ornatum ac magnum ſtatum inter altos homines: habebitqꝫ natus ſapientū amiciciā ac prelatoꝝ eccleſiaſticoꝝ nec non lucrum ab eis ¶ Similiter aſpectus veneris ad Mercurium dabit nato pulchritudinez ac amiciciaz bonā cū hoībus ac letitiam cū vxore ⁊ filijs.

¶ Aſpectus vero Saturni qui eſt planeta doloris fletus ⁊ triſtitie ſignificat ꝙ aliqs ex filijs ſuis morietur aut ꝙ dolores ac triſtitie ipſum propter vxorem pecuniam aut melancoliam lucri inuadent.

¶ Sed aſpectus Martis ad Mercurium ſignificat egritudines calidas ⁊ malum per ignez vel ſanguinis infuſionem aut mortis timorem ⁊ forte ꝙ exulabit ab honore ⁊ ſtatu ſuo deſtituetur. Et ſi nullus planetarum dominum termini aſpexerit ipſe dn̄us termini erit ſolus diſpoſitor atqꝫ diuiſor.

Conſiderare tamen debemus modum Nati ⁊ eius etatem ⁊ in quo tempore vite dominuz termini ipſum diſponit ⁊ ſm quantitatez ⁊ ſimilitudinē planetarum in hora nati: prout ſapientes dixerunt iudicare. Dixerunt enim ſapientes ꝙ quando

Mercurius dominus termini fuerit dominus gra
dus Aſcendentis diſponit ſcientiam ſcripturam
mercaturam in annis ſue diſpoſitionis attributis:
⁊ erit diſpoſitio ſua ab hora Natiuitatis Nati vſqꝫ
ad annos: gradibus qui de termino Mundi ſunt
preterit: correſpondentes. Si ergo exempli gra
tia ſint adbuc tres gradus de termino Mercurij
tranſituri propter hoc iudicare non debemus ꝙ
Natus in illis tribus annis ſcientia abundet vel ꝙ
de ſcientia vel mercatura ſe intromittat aut ꝙ fa
miliaritatem habeat cum principibus. Cum er
go propter etatem ei non ſit poſſibile. Sed dice
mus de Nato ꝙ in breui tempore loquetur ac leui
ter mouebitur ⁊ ꝙ erit intelligens boniqꝫ aſpe
ctus ⁊ ſubtilis. Eodem modo dicemus de diſpo
ſitione Veneris ꝙ mulieres inducat in vxores
aut cum eis iacere expectat cum etas ſua ad hoc re
pugnet. Sed dicemus ꝙ erit pulcher ⁊ be
ne nutritus pius ac dulcis aſpectus ⁊ ſic de alijs
planetarum diſpoſitionibus. Preterea aſpice
re debemus proiectionem radiorum planetarum
ad terminum: Nam ſi in fortitudine proiecerint
radios ſuos ſuper primum gradum vel.2.⁊ ſic de
alijs dic ꝙ egritudines inuadẽt eum in primo vel
2.anno ⁊ ſic de alijs ſecundum proiectionem radio
rum infortunarum ad gradum termini. Et ego
dabo tibi ſimilitudinem vel exemplum in diſpoſi
tione terminorum ⁊ proiectione radiorum ad ter
minos. Sit ergo Aſcendens.2. gradus gemi
norum ⁊ quod remanet de termino.5. gradus di
rige ergo gradus iſtos ſecundum tabulas equatio
nis Aſcenſionis ſignorum in tuo climate ⁊ pona
mus ꝙ remaneant Mercurij.4.gra.⁊.4. minu
ta: dicemus ꝙ Natꝰ cito loquetur atqꝫ mouebitur
⁊ erit bone lingue ⁊ intellectus ⁊ ſic erit per qua
tuor annos ⁊ octo menſes. Et ſi Mars ſuper.2.
gradum termini radios ſuos proiecerit dic ꝙ Na
tus in principio.2.anni a Natiuitate egritudines ca
lidas habebit aut malum per ferrum vel ignem:
aut ſanguinis effuſionem ⁊ ſecundum qualitatem
ſignificationis Martis ⁊ eius Aſcenſum vel De
ſcenſum aut ſecundum naturam ſigni in quibus ẽ
Mars iudicabis: Et eodẽ modo facies in omnibꝰ
Planetis radios ſuos ſuper gradus termini proi
cientibus ſecundum eorum naturas ⁊ ſignorum in
quibus ſunt. Et dum terminus Mercurij cõ
pletus fuerit perueniet diſpoſitio ſiue diuiſio ad ter
minum Jouis ⁊ ſic de alijs terminis ⁊ Planetis
Terminorum ⁊ Planetarum qui eis dominan
tur iudicabis. Nam quando Juppiter per
dominium ſuum in termino Natuz diſpoſuerit: na
tus erit bene fortunatus ⁊ bone obuiationis bone
qꝫ vite ⁊ a ſuis propinquis dilectus. Et ſi Sa
turnus radios ſuos ſuper aliquem gradum dicti
termini proiecerit Natus in primo vel ſecundo an
no ⁊ ſic de alijs ſm numerum illius Gradus
dolores frigidos incurret: aut a caſu vel ruina im
pedimentum aliquod habebit: aut propter amicos
vel propinquos fletus ⁊ anguſtias patietur. Et
cum diſpoſitio ad Martem peruenerit: Natus iti
neraret labores multos ac extraneos accipiet ami
citiam cum regibus habebit aliena rapiet ⁊ multa
rum egritudinum erit: ex quibus mortis timorem
incurret. Et cum diſpoſitio ad Saturnum per
uenerit Natus laborem malum ⁊ egritudinem: in
uadentqꝫ eum febres ⁊ frigus ⁊ corpus eius infir
mabitur: nec res ab eo incepte perficientur ac mul
tum ſolitarius erit. Quod ſi vxorem vel prolẽ
habuerit dolorem ac triſtitiam propter eos incur
ret. Cum ergo termini ſigni Geminorum com
pleti fuerint: tranſi ad ſignum ſequens faciendo pe
nitus de eius terminis quemadmodum de termi
nis ſigni Geminoruz feciſti: ⁊ ſic de ſigno in ſignuz
de termino in terminum faciendum eſt: vſqꝫ ad fi
nem vite Nati.

## De Moribus Nati ac eius natura. Ca.15.

s Cias ꝙ natura ⁊ mores Nati ſunt
diſtnicti ſecundum ſignificationes
⁊ naturas planetarum.7.in figuris
⁊ moribus. Nam Saturnus de
ſui natura ſignificat pigritiam ſtul
titiam turpitudinem metum ſerui
tutem iniuriam mendacium triſtitiaz ⁊ malam cor
dis voluntatem. Juppiter de ſui natura ſignifi
cat legem fidem ſcientiam humilitatem verecun
diam fidelitatem liberalitatem patientiam ſenſum
ſobrietatem ⁊ faciem claram. Mars de ſui na
tura ſignificat iracundiam nauſeam violentiaz pro
digalitatem calliditatez furtum inuerecundiam le
titiam. Sol de ſui natura ſignificat fortitudinez
ſublimitatem probitatem ⁊ magnam potentiam.
Venus de ſui natura ſignif cat humilitatem
pietatem voluntatem bonam cordis dilectionem
letitiam ac bonos mores excep o ꝙ Natus efrõs
⁊ efeminatus reputabitur. Mercurius de
ſui natura ſignificat mercaturam loquelam hyſto
riarum recitationes intellectum velocitatem ſer
monis grammaticam logicam rhetoricaz arithme
tricaz ⁊ Aſtrologiam. Luna de ſui natura ſigni
ficat inceſſum grauem debilitatem miſeriam itine
ra ſuſurrationes ⁊ mali immiſſionez. Et he pla
netarum ſignificationes erunt fortes aut debi
les ſecundum fortitudinem aut debilitatem plane
tarum in ſeipſis ac in locis ſuis. Cum ergo ali
quis ex planetis fuerit in Aſcendente vel me
dio Celi dabit nato mores ⁊ figuram ſecunduz for
titudinem ſuaz: ꝙ ſi planeta ei inimicans ipſum aſ
pexerit immutabit mores datos ſecundum fortitu
dinem aut debilitatem illius planete aſpicientis.
Sed ſi dicti planete inter ſe nec per aſpectũ
inimicentur tunc mores per primum planetam da
ti fortificabuntur. Ita ꝙ ſi primus planeta Nato
verecundiam dederit ipſe erit adeo verecundus
ꝙ vix audebit loqui ⁊ ita de alijs morum ſignifica
tiõibus per planetas ſignificatis iudicanduz eſt
¶ Sed quando dicti planete ſibi per aſpectuz aut
naturaliter inimicantur vnꝰ ſuper aliũ ſignificatio
nem ſuã reddit ⁊ vnꝰ mutat mores ⁊ proprietates

alterius prout hic videre poteris in natiuitate eniꝫ
illius qui eſt ſine metu ſiue audax inuenies martē
in Aſcendente aut in alio forti loco. ¶ Et ſi Luna
vel dominus aſcendentis ipſum aſpexerit ac ī loco
forti fuerit ita ꝙ aliquam ibi dignitateꝫ habeat na
tus erit dominus ⁊ magiſter ⁊ milituꝫ ac multe au
dacie ⁊ magnarum virium apparebit audacia ex
origine cordis manu interficere appetet neces vio-
lentiam ⁊ inſaniam diliget proditor erit cordis du
ri ⁊ ferocis groſſi epatis ⁊ longe ire. ¶ Et ſi Satur
nus ipſum aſpexerit dabit ei cogitationem cordis
mali metum pigritiam miſeriam ponderoſitatem
cordis groſſiciem ac in rebus ſuis triſtitiaꝫ. ¶ Et ſi
Juppiter Martem aſpexerit franget eius iram
⁊ furorem eius minuet ac ipſum deſcendere faciet
leuitatem eius compeſcet ⁊ ipſum magis quiete q̈
bello lucrari faciet furorem eius refrenabit ita ꝙ
propria manu aliquem non interficiet necnon ipm
a locis vbi caperetur aut interficeretur reuerti fa-
ciet. ¶ Et ſi Sol Martem aſpexerit dabit ei forti-
tudinem dominium ⁊ magiſteriuꝫ ſuper homines
⁊ milites necnon forme pulchritudinem militiam
⁊ intellectum. ¶ Et ſi Venus Martem aſpexerit:
Natus erit magnus mulierū amator ac mores mu
liebres habebit ⁊ exponet ſe ⁊ animam ſuā ad ma-
lum atqꝫ mortem propter mulieres ac eorum zelo-
tipiam: erit enim vltra modum zelotipus. ¶ Et ſi
Mercurius Martem aſpexerit Natus erit timo-
roſus ſolitarius ⁊ qui alijs minime placebit nec ēt
alij ſibi placebunt ſtulti inceſſus ⁊ multi mendacij
erit dicit ꝙ non ſcierit ⁊ facere vult quod non po-
teſt. ¶ Stelle etiam Beibenie nati ſignificationes
⁊ proprietates ſuas conferent que cum ſole ⁊ reli-
quis planetis fuerint ⁊ ipſē de ſui natura magnam
ac ſubitam fortunam conferunt. ¶ Quando ſtella
Beibenia que ē in.2.g̈. Tauri latitudinis meridio-
nalis ac.2.magnitudinis necnon de natura Martis
exiſtens fuerit in Aſcendente vel medio Celi in
natiuitate nocturna Natus erit miles ⁊ dominus ⁊
ordinator bellorum ⁊ viſor necis propique alte ma-
gnitudinis ⁊ qui ſub aliquo eſſe dedignabitur.
¶ Sed ſi natiuitas diurna fuerit: Natus erit duri
intellectus mali lucri ⁊ qui dedecus acquiret.
¶ Et ſi in loco dicte ſtelle Beibenie fuerit aliqua
ſtella de natura Jouis ⁊ Martis Natus erit ma-
giſter militum ⁊ ibit cum multis vexillis eritqꝫ in
dominio eleuatus ⁊ in loco ſuo altus magne fame
potens in rebus ⁊ in bello fortunatus ac ſapiēs po
teſtateꝫ in terras longinquas habebit fortis in ciui
bus ⁊ terris erit veritateꝫ diliget ⁊ a multis lauda
bitur. ¶ Mars in natiuitate nocturna in domo ſua
exiſtens ſignificat ꝙ natus erit vnus dominus ⁊ ha
bebit alios ſub ſe eritqꝫ bonus miles ac in nece ⁊
in bellis fortunatus ⁊ ſemper vincens ⁊ ī bellis ſa-
piens. ¶ Et ſi in natiuitate diurna in domo ſua fue
rit: Natus erit piger in illis ī quibus lucrari debet
infirmus auarus malus alienorum raptor fornica-
tor neces ⁊ mala diligens violentus ac inſanus.
¶ Et ſi Mars in domo Saturni fuerit: Natꝰ epar
pingue habebit in ſuis actibus velox erit ma-
lum ſibi illatum in corde ſuo ponet ⁊ ipm diu reti-
nebit ⁊ verba ſua feſtinanter proferet. ¶ Et iam
dictum eſt ꝙ Mars in medio Celi exiſtens ac in lo
co ſuo gaudens ꝙ natus erit in bello ac nece fortu
natus ⁊ pulcher bellorum ordinator ac ī eis ſapiēs.
¶ Et ſi fortuna martem ſic diſpoſitum aſpexerit.
Natus ex bellis ſuis vtilitatem ac famam magnā
acquiret. ¶ Luna in aliquo angulorum vel ſucce-
dentium ac in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens
in aſpectu Jouis ⁊ Veneris ſignificat ꝙ Natꝰ erit
fortis bellorum dominus gaudens ac magni cordis
⁊ omniū que ſibi accident patiens. ¶ Quando pla-
neta maſculus erit in ſigno ⁊.4. maſculis: Natus
erit fortis ac in fortitudine completus boni ſenſus
bone memorie ſapiens in nece: ſed neces prohibēſ
equorum magiſter ac in equitatu ⁊ armis aptus.
¶ Quando pars audacie in domo Martis vel eiꝰ
termino acciderit ⁊ in aliquo angulorum maxime
in medio Celi fuerit necnon in aſpectu Jouis ⁊
Martis ex forti loco: Natus erit fortis ac inter ho
mines famoſus ab alijs timebitur in bellis erit for-
tunatus miles acierum ⁊ inimicorum ſuorum ſem-
per victor.

## De Jllo qui habet metum. Ca.16.

q Uando Mars in Natiuitate alicu
ius cadens fuerit debilis ⁊ infortu
natus non aſpiciens Aſcendens ⁊
Saturnus ipſum aſpexerit Natus
erit debilis cordis ac timidus nec-
non loco interfectionem abhorrens. ¶ Similiter
quando Venus in ſigno humano fuerit: Natus
erit debilis cordis ac timidus. ¶ Quando Satur
nus in natiuitate nocturna in medio Celi fuerit: na
tus erit valde timoroſus ac miſerrimi cordis.
¶ Quando pars litium ſiue bellorum ſub radijs
Solis ⁊ cadens ab angulis fuerit ⁊ dominus eius
cum Saturno: Natus erit timidus debilis cordis
ac in bello ⁊ nece vilis atqꝫ piger.

## De Velocitate Nati ad Bella ⁊ furiā. Ca.17.

m Ars in Aſcendente exiſtens red-
dit Natum ad diſcordiam ⁊ lites
acutuꝫ interfectorem ⁊ inſanie for
tis. ¶ Quando Mercurius in.4.
ac de radijs Solis apparens fue-
rit necnon in aſpectu Martis ⁊ Saturni: Natus
erit acute ac velocis mutationis inſanus ſemper
ac negocioſꝰ. ¶ Mars tā ī natiuitate diurna q̈ no
cturna in.8.domo ac ſigno peregrino exiſtēs ſigni
ficat ꝙ Natus erit inſanus ⁊ inſanus durabilis ac
ſtultus interfector. ¶ Quando Mercurius in do-
mo ſua fuerit Natus erit timoroſus ⁊ inſanus.
¶ Quando Luna lumine aucta in domo Martis
fuerit: Natus erit acutus iracundus magni epatis
bella appetens ac de hominibus obprobria palam
proferens. ¶ Quando Luna ī Natiuitate noctur-
na Marti applicuerit ⁊ lumine aucta fuerit: Na-
tus erit magne commotionis ad iram lites ac di-
ſcordias ſine cauſa appetens. ¶ Quando pars for
tune vel eius dominus aut dominus domus vite
in domo Martis fuerit natus etit furibundus tri
ſtis ſemp ac magne furioſitatis ⁊ tarde reuerſiōis.

## De Humilitate nati. Ca.18.

q Uando Mercurius ſub radijs ſo
lis ac in ſigno aquatico fuerit: eo
ꝙ voce carent ⁊ Mars ipſum aſpe
xerit Natus erit humilis ⁊ quie
tus ⁊ in actibꝰ ſuis grauis. Qñ
Saturnus ⁊ Mars Lunam ac Solem aut eoruz
aliquem ex medio Celi vel aſcendẽte aut ex.7. vel
4.domo aſpexerint Natus erit humilis ⁊ itelligẽs
precipue ſi Solem in natiuitate diurna ⁊ Lunam
in natiuitate nocturna aſpexerint ⁊ ꝙ Sol aut Lu
na in termino fortune fuerit. Quãdo vna de ſtel
lis Beibenijs de natura Martis Jouis ⁊ Satur
ni ac prime magnitudinis exiſtens in aſcendẽte vl'
medio Celi fuerit Natus erit humilis ſubtilis in
genij ac bone obuiationis.

De Inuerecundia nati. Ca.19.

s Cias ꝙ quando Mars Mercuriũ
ex oppoſito aſpectu aſpexerit Na
tus erit ſine verũdia. Sz ſi Lu
na Martez ex oppoſito aſpectu aſ
pexerit minuet eius inuerecundiã
ac eius litigium mutabit. Et ſi Luna lumine mi
nuta ac in malo loco exiſtens cum Marte fuerit
Natus erit ſine verecundia. Quando Venus ⁊
Mercurius in Aſcendente fuerint ac in oppoſito
Martis aſpectu Natus erit pauce verecundie.

De Verecundia nati. Ca.20.

i Uppiter ſine aſpectu Martis in
Aſcendente alicuiꝰ natiuitatis exi
ſtens ſignificat ꝙ natus erit vere
cundus. Quando Luna in aſcẽ
dente ac i termino Saturni ⁊ i eiꝰ
facie fuerit Mars vo i occidẽte ⁊ Juppiter Lunã
aſpexerit Natus erit verecundus.

De Pulchritudine morum nati. Ca.21.

q Uando Luna in medio Celi exi
ſtens Saturnum.4.aſpectu aſpexe
rit Saturno in.2. domo exiſtente ſi
gnum ẽ ꝙ natus erit pulchrorum
morum. Sol in domo Saturni
exiſtens ſignificat ꝙ Natꝰ erit boni animi. Ꝙ
ſi fortuna Solem aſpexerit natus bonum habebit
ac bonos mores ⁊ letitiam. Quando Mercuriꝰ
in domo Solis in natiuitate diurna fuerit natꝰ erit
bonorum morum maxime ſi ab aſpectu infortune
ſaluus fuerit. Quando Mercurius i domo Lu
ne ſine aſpectu infortune fortunatꝰ fuerit natꝰ erit
bonorum morum ac pulchre faciei. Quando ſol
⁊ Luna in exaltatione Veneris ſine aſpectu infor
tune fuerint natus erit pulchrorum morum ſubtilis
ingenij ⁊ alacris faciei necnõ ab hominibꝰ dilectꝰ.

De Mendacio nati. Ca.22.

q Uando Mars cum Mercurio in
eius domo fuerit natꝰ erit mẽdax
⁊ verba mendacia ſine ratiõe ac ra
dice proferet linguamqz ſuam mẽ
dacijs velle ſuum ornabit. Quã
do Mars dominus anguli terre in.6.domo fuerit
natus erit mendax. Quando ſol ⁊ Venus in.7.
domo fuerint natus erit mendacijs repletꝰ. Qñ
Mars in.9.domo fuerit natus mendacia inferet ⁊
ea adiurando affirmabit. Quando in aſcenden
te vel medio Celi aliqua de Beibenijs de natura
Mercurij ⁊ Veneris fuerit: natus erit mendax
⁊ mendacium ſuum iurando affirmabit litteraſqz
falſas ſcribet ac hominibus quod non dixerũt aut
fecerunt componet erit tamen magniloquus.
Quando Luna a marte ſeparata mercurio ap
plicuerit ac ambo orientales fuerint: natus erit mẽ
dax necnon fraudis ⁊ probationis dominus.
Quando mars ⁊ mercurius in eodem gradu
exiſtentes in aliquo angulorum ſine alicuius aſpe
ctu fuerint Natus erit mendax iactanſqz de hꝛo q̃
nõ fecit ⁊ verba truffatoria dictis ſuis inferet.

De Veritate nati. Ca.23.

q Uando Luna ⁊ Venus in medio
Celi fuerint Natus erit veridicus
ac promiſſa adimplẽs. Qui aſcẽ
dente Sagitario Natus fuerit ⁊
Luna in eo ⁊ in.3. vel.6. aſpectu
Jouis ſignum eſt ꝙ Natus erit verax ⁊ implens
ea que promittet. Quando Juppiter in Aſcen
dente fuerit ⁊ Mercurius in.7. domo ſub radijs
Natus erit veridicus. Mercurius in Aſcendẽ
te vel medio Celi cum Venere exiſtens ſignificat
ꝙ Natus erit orator veridicus promiſſa adimplẽs
⁊ veritatem tam pro ſe q̃ contra ſe proferens.

De Religionẽ Nati. Ca.24.

i Uppiter in.9.domo ac in Natiui
tate diurna exiſtens ſignificat ꝙ
Natus erit Dei cultor ac in Deo
confidens ⁊ contemplatiuus ita ꝙ
propter ornatum decorum quem in
lege ſua habebit a Regibus ⁊ potentibus honora
bitur. Quando Saturnus in eius triplicitate
fuerit Natus erit timens ⁊ orans deum ⁊ verba
eius ſancta ⁊ quaſi angelica ⁊ frequenter peniten
tiam de commiſſis accipiet peccata ſua deflendo ⁊
hoc fortius erit ſi Juppiter Saturnum cum rece
ptiõe bono aſpectu aſpexerit. Quando Luna i
Aſcendente ac in eius exaltatione necnon in.3. vel
9.aſpectu Jouis fuerit Natꝰ erit contemplatiuus
orator ⁊ eccleſiarum dominus aut pauperibus di
ſtributor. Quando Sol in.3.domo aut in ſigno
maſculino necnon bono Jouis aſpectu fuerit ſignũ
eſt ꝙ Natus erit orator Deo obediens ac omnia
mundana Dei timore ac amore relinquens. Qñ
Venus in.3.domo ac in eius exaltatione fuerit na
tiuitate nocturna exiſtente ſignum eſt ꝙ Natus
erit in dilectione Dei ⁊ eius obedientia ratus atqz
firmus. Quando Mercurius Sol ⁊ Venus in
9.domo ſine aſpectu infortune iuncti fuerint Na
tus ſemper Deum pre oculis habebit ⁊ ei in ſom
nis cui benefacere voluerit oſtendet. ¶ Quando
Venus in.9.domo ac in propria domo vel exalta
tione ſua fuerit Natus erit Heremita famoſus ⁊
hoc fortius ſi Juppiter eam bono aſpectu aſpexe
rit. ¶ Si Mercurius in.9.domo ſine aſpectu infor
tune fortunatus ⁊ Orientalis fuerit Natus erit i le
ge ſua bonus ⁊ fortunatus. Quando Luna i.9.
domo ac in ſigno feminco necnon in bono Jouis
aſpectu fuerit natiuitate nocturna exiſtente Natꝰ
erit Orator ⁊ Heremita.

De Hypocriſi Nati. Ca.25.

q Uando Juppiter in natiuitate no
cturna i.3.domo cũ marte ac i ſigno
maſculio fuerit natꝰ erit hypocrita
Qñ Venꝰ pegria exñs i.9.do.ac

ſigno ſeminino fuerit natꝰ q̃ret ꝙ de eo dicat ꝙ ſit
bonus ʒ erit hypocrita nouaclas q̃rẽs vt faciat do
lum ¶ Quãdo ps abſentie i aliq̃ anguloꝝ fuerit ⁊
dñs eius ſine receptiõe fortunã aſpexerit ⁊ ab iſor
tunis ſaluus fuerit. Natus vl't ꝙ hoies de eo bñ lo
quãtur ⁊ finget bñfacere ⁊ malũ faciet. ¶ Sʒ ſi di
cta ps ⁊ eius dñs fortis ac fortunati ⁊ ab infortunis
liberi fuerit natus erit bonoꝝ ꝟboꝝ ac volũtatis ſe
crete. ¶ Et ſi dicta pſ infortũata fuerit ⁊ dñs eiꝰ ab
infortunis liber natus erit melior ab itra q̃ extra.
¶ Et ſi ambo in angulis fuerit ⁊ ab infortunis libe
ri natus erit in ſua apparentia firmꝰ ⁊ ꝑue hypo
criſie. ¶ Silr ſi dñs dicte ꝑtis receptus fuerit ⁊ lo
cum ſuũ aſpexerit natus erit ratus bonus ac fortu
natus. ¶ Sʒ ſi retrogradus fuerit natus in ſuã fide
dubitabit ⁊ fiet alterius fidei. ¶ Et ſi dñs dicte ꝑtis
abſentie dñs in. 9. domo fuerit bonitatẽ fidei in na
to ſignificat ꝑſertiʒ ſi receptus fuerit. Nã ſi i dicto
loco receptionẽ nõ habuerit ꝯrietatẽ ꝑꝑ fidẽ ac mũ
di diuiſionẽ portendit. ¶ Qđ ſi cũ h' iſortunatꝰ fue
rit dubitationẽ in fide atqꝫ dãnũ ꝑꝑ h' ſignificat.
¶ Et eodẽ mõ ſi in. 3. domo fuerit iudica. ¶ Sed ſi
ſic in. ij. domo fuerit ꝯſtãtiã i fide ſignificat ⁊ ꝙ a re
bus ſecularibꝰ recedet ⁊ q̃tũ plus ſeruierit tanto
plus mundana fugiet. ¶ Dñs ꝑtis abſentie ab iſor
tunis liber necnõ locũ ſuũ aſpiciẽs natũ ab hypo
criſi ꝓhibebit ac bonitatẽ ei addet. ¶ Qđ ſi rece
ptus fuerit erit dicta bonitas cũ ꝟitate ⁊ rectitudĩe
¶ Sʒ ſi infortunatus fuerit deſtruet bõitatẽ nati in
trinſecꝰ. ¶ Si ps abſentie i locis cadẽtibꝰ fuerit
bonitas quã natus in apparẽtia hẽbit tãdẽ deſtrue
tur. ¶ Qđ ſi dicte ꝑtis dñs infortunatus fuerit bo
nitas nati tã i apparẽtia q̃ ab intra nulla reputabit
¶ Si in natiuitate diurna Juppiter i. 3. domo fue
rit natus erit hypocrita ⁊ ſe gẽtibus fore oñdet qđ
omnino nõ erit. ¶ Sol in. 3. domo ac i aliq̃ dignita
tum ſuarum exiſtẽs ſignificat totaliter fide carere.
Et ſi Luna natiuitate nocturna exñte in. 3. domo
fuerit natus i apparentia erit iuſtus: ʒ plus tñ de h'
ab ex̃ oñdet: q̃ in corde habebit.

De Jdolatria nati. Ca. 26.

Quãdo Juppiter in Aſcẽdente fuerit ⁊ Lu
na in Occidẽte ⁊ Mars Jouẽ aſpexerit na
tus ſtellas ⁊ plãs adorabit. Qñ Venꝰ de
ſub radijs apparẽs in. 2. domo fuerit natus erit ido
latra. ¶ Silr Saturnꝰ in. 3. domo cũ Luna exñs
ſignificat natũ fore idolatrã ac deo ꝯriũ. ¶ Qñ Lu
na natiuitate diurna exñte i. 9. domo ac in ſig̃ femi
nino fuerit natus erit ſpretor dei ⁊ ei ꝯriꝰ. ¶ Qñ
Venus in vno ſig̃ a Saturno ⁊ Marte obſeſſa fue
rit ⁊ infortune Lunã ⁊ Mercuriũ. 4. vel oppoſito.
aſpectu aſpexerint natꝰ erit multoꝝ idoloꝝ cultor.
¶ Mars in aſcendẽte ⁊ in oppoſitiõe Jouis exñs
Natũ idolatrã portẽdit. ¶ Quod ſi Mercuriꝰ cũ
Marte in domo Jouis fuerit natus erit q̃ſi idoloꝝ
heremita. ¶ Qñ Saturnꝰ dñs aſcẽdẽtis fuerit aut
dñs domꝰ Solis vel ꝑtis fortũe ſeu oppoſitiõis vl'
cõiũctiõis ac in. 9. domo ⁊ Juppiter eũ aſpexerit:
Natus erit abbas vel idoloꝝ põtifex ¶ Et ſi Mer
curius in domo Martis fuerit ⁊ Mars cũ ipo aut
eius oppoſito aſpectu aſpexerit natus erit hereticꝰ.
¶ Et ſilr ſi Sol Luna ⁊ Mercurius in ſigno duo
rum corpoꝝ fuerit h' fortius ſi Mars ibidẽ q̃rto vl'
oppoſito aſpectu radiauerit.

De Scientia nati. Ca. 27.

Cum Saturnꝰ trino aſpectu aſpexerit Jo
uem: natus erit ſapiẽs boni ꝯſilij ⁊ ingenij
ſane cogitationis ⁊ in oibꝰ nẽ ſecretis pe
ritus: Jta ꝙ de eo dicet ꝙ ſit phus eritqꝫ geſtaruʒ
rerũ narrator ⁊ res graues ſicut auruſpices ꝑdicet
¶ Qñ Mercurius in domo vel exaltatiõe ſua ac i
bono figure loco fuerit ⁊ Mars ipm bono aſpectu
aſpexerit natus erit in curſu ſtellaꝝ multũ ſapiens
⁊ in rebꝰ ſuis grauis ac ꝓfunde cogitatiõis libros
cõponet multaqꝫ ſibi adiũget ⁊ mirabilia loquet.
¶ Qñ Mercuriꝰ cũ Sole in domo ꝓpria fuerit ſo
le in ꝓpria facie exñte natꝰ erit ſapiens phicꝰ ⁊ ꝟſi
ficator. ¶ Qñ Mercurius in medio Celi directus
⁊ in aliq̃ dignitatũ ſuaꝝ exñs Luna. 4. vel oppoſi
to aſpectu aſpexerit ⁊ Luna i domo vel exaltatiõe
ſua fuerit natus erit ſapiens ſenſatus ⁊ ſtellaꝝ iſpe
ctor. ¶ Qñ Mercurius in ꝓpria domo fortunatus
fuerit natus erit libroꝝ ⁊ ſcie ſtellaꝝ amator ⁊ eaꝝ
reꝝ difficilium ꝯmentator. ¶ Qñ Mercuriꝰ i do
mo vel exaltatione ſua exñs in aſcendẽte fuerit: Sa
turnus ꝟo in Occidente natus ſcias graues ac dif
ficiles indagabit ⁊ ꝑꝑ hoc dominiũ ⁊ ſublimitateʒ
hẽbit. ¶ Qñ Mars Mercuriũ in aliq̃ dignitatum
ſuaꝝ exñte trino aſpectu aſpexerit ⁊ Mars fortu
natus fuerit natus erit ſapiens ⁊ phus expertus.
Qñ Luna in domo vel exaltatione ſua aut i ter
mino Mercurij fuerit natus erit in rebꝰ ſecretis
⁊ obſcuris vel latentibus ſapiens. Qñ Mercu
riꝰ in. 3. domo cũ ac i eiꝰ facie fuerit ⁊ ipẽ cũ
hoc ſit dñs aſcẽdẽtis ⁊ ꝑtis fortune natꝰ erit auru
ſpex ac in rebꝰ ſecretis ſapiẽs. Qñ Mercurius
de ſub radijs ſolis apparẽs in dicta. 3. domo fuerit
ac in ſigno maſculino natus erit augur ac ex augu
rio viuet ⁊ inde lucrũ hẽbit. Qđ ſi Mars Oriẽ
talis exñs Mercuriꝰ ſic diſpoſitũ aſpexerit natus
notitiã libroꝝ hẽbit ac in eis ſapiẽs erit. Quãdo
Mercurius ſine aſpectu Martis i. 9. domo fuerit
natus erit ſomnioꝝ expoſitor ⁊ hoc fortius ſi Sa
turnꝰ i domo vl' exaltatiõe ſua fuerit. Qđ ſi Ve
nus quẽadmodũ diximus de Saturno ſic diſpoſita
fuerit natus ſilr erit ſomnioꝝ expoſitor. Quãdo
Mercuriꝰ ⁊ Sol in. 9. domo ac in aliqbꝰ dignitati
bus ſuis fuerit natus erit ſapiẽs ac ſõnioꝝ expoſi
tor ⁊ q̃ſi auruſpex. Qñ Mercurius in. 9. domo
Orientalis ac fortunatus fuerit natus erit augur.
Qñ ps fortune ⁊ ps fidei in. 9. domo vel. 3. domo
ſine aſpectu fortune ⁊ iſortune eas ex oppoſito do
mus ſue aſpexerint natus erit auruſpex ⁊ obſcuri
tatum ſecreta reſerabit. Qñ Saturnꝰ ⁊ Mer
curius in. 3. domo fuerint in domo vel exaltatione
ſua exñte natus erit ſapiẽs i ſtellis ⁊ inde lucrũ ha
bebit. Et ita dic ſi Mercuriꝰ i. 3. domo ſb radijs
apparens fuerit. Et ſi Venus in. 3. domo ꝑegria
fuerit ⁊ Saturnꝰ a domo vel exaltatione ſua bono
aſpectu aſpexerit natus erit nigromãticꝰ: aut res
mirabiles ꝑ artẽ faciet. Videbiturqꝫ ſicut ꝓpheta
⁊ inducet mirabilia ꝑſertim ſi Venꝰ in ſig̃ femini
no fuerit. Qñ Mercuriꝰ ⁊ Saturnꝰ i Aſcendẽ
te vel medio Celi fortunati fuerit ⁊ liberi natꝰ erit
nigromãticꝰ. Qñ Mercuriꝰ i domo vel exalta
tione ſua fuerit ⁊ Saturnꝰ eo exñte iſortunato ipm
4. vel oppoſito aſpectu aſpexerit natus erit philo
ſophus: ʒ ſcia eiꝰ nõ ꝓficiet eritqꝫ miſ atqꝫ paup.

¶ Qñ Mercurius i domo Saturni fortunatꝰ fue
rit natus erit ſapiẽs ſecreta ⁊ obſcura reꝝ coğſcẽs
linguoſus rhetoricus augur ⁊ ſonioꝝ expoſitor.
Quando Sagitariꝰ aut piſces fuerit ſignũ.3.do
mus ac Saturnus in eo Natus erit ſapiens i rebꝰ
bõi. Quando Mercurius cũ Venere i domo
4.fuerit Natꝰ erit diſputator cauſidicꝰ ac vboꝝ iuẽ
tor: ⁊ hoc fortiꝰ ſi inſigno pegrio fuerit. Qñ ſol
in.9.domo fuerit Natꝰ erit cauſidicꝰ diſputator i fi
de ac dĩ laudator. Qñ iuppiter i natiuitate diur
na fuerit dñs.3.domꝰ ⁊ ſignũ dicte domꝰ maſculi
nũ Natꝰ erit ſapiẽs. Et ſi natiuitas nocturna fue
rit Natus credet eẽ ſapiẽs ʒ nõ erit. Si Luna a
Sole ſepata Mercurio i.3.domo exñti alliget na
tus erit ſcriptor ⁊ in ꝯputatiõe ſapiẽs. Cuʒ Sol
Mercuriꝰ aut Juppit i.9.vel.ij.domo ⁊ i Leone
fuerint Natus erit clari intellectꝰ ac reꝝ ordinator.
Qñ Mercurius i medio Celi fuerit fortunatꝰ
natꝰ erit ſubtilis ac velocis ingenij. Et ſilr ſi Mer
curius i domo martis fuerit. Qñ Lũa cũ Satur
no i ſui oriẽtalitate fuerit Natus erit intelligens ʒ
piger atqʒ mollis. Qñ Luna a Venere ſepata
Mercurio iuncta fuerit ⁊ ambo occidẽtales Natꝰ
erit ſubtilis ⁊ acutꝰ. Qñ Juppiter Martẽ rece
perit: vel ipm quarto aſpectu aſpexerit Natꝰ erit
boni ꝯſilij ⁊ intellectꝰ. Qñ Sol in domo Jouis
aut in.3.vel.6.eiꝰ aſpectu fuerit Natus erit boni
conſilij ac intellectꝰ ⁊ ſciẽtie profunde. Quod ſi
Mercurius cũ ipſo fuerit Natꝰ erit legis pitus ac
in iudicijs ſapiens. Qñ Mercurius in natiuita
te diurna in domo ſolis fortunatus fuerit Natꝰ erit
acutus ⁊ ſubtilis.

De Memoria Nati. Ca.28.

Vãdo Sol i domo Martis fuerit ⁊ Jup
piter cũ bono aſpectu aſpexerit Natus
q erit bõe memorie. Qñ Venꝰ ⁊ Mars
cũ Luna bñ fortunati fuerint Natꝰ erit
memor ⁊ deceptor i igenio. Quãdo Mercuriꝰ ⁊
mars fortunati Lunã aſpexerit Natꝰ ea que ſciet
pulchriter referabit. Qñ mercuriꝰ in domo ſo
lis fuerit ⁊ Juppit bono aſpectu eũ aſpexerit Na
tus erit intelligens atqʒ memor ⁊ velocis itellectꝰ.
Qñ Juppiter cũ ipo iũctꝰ fuerit Natꝰ erit cle
ricoꝝ aut inter cleros iudex.

De Malo intellectu nati. Ca.29.

Vãdo mercuriꝰ i.2.domo ac ſub radijs
q Solis fuerit ⁊ Lũa lumine diminuta in
fortunata fuerit Natus erit mali itellectꝰ
debilis ſenſu non recipiens doctrinam.
Qñ mercuriꝰ i.4.domo ac dñs ptis abſentie fue
rit Natus erit mali itellectꝰ põderoſe loquele pau
ce ſcie atqʒ ſenſus. Qñ Sol i domo Lune ipſa
ſub terra infortunata ac lumine diminuta fuerit:
Natus erit duri ac mali itellectꝰ: ſicut Aſinꝰ multi
erroris debilis ꝯſilij ⁊ groſſi cerebri. Qñ mercu
riꝰ ⁊ ſaturnꝰ i aſcẽdẽte iſortunati fuerit ⁊ Juppiter
retrogradus ac peregrinus ipos oppoſito aſpectu
aſpexerit natus erit duri ac mali intellectus pauca
ſciens atqʒ intelligens.

De Bono ac veloci intellectu nati. ¶ Ca.30.

Vãdo Juppiter mercuriũ fortunatũ.3.
q aſpectu aſpexerit natus erit ſenſatꝰ bõe
loqle ⁊ velocis itellectꝰ. Qñ mercuri
us i n domo ſua fuerit ⁊ Juppiter fortu
natus ipʒ.4.aſpectu aſpexerit natꝰ erit bñ ſenſatꝰ
conſilij ſani ⁊ intellectꝰ ꝯpleti: dũtñ Juppiter i me
dio Celi nõ fuerit. Qñ mercurius i medio Celi
fortunatꝰ.4.aſpectu Venerẽ aſpẽxit natꝰ erit ſenſa
tus ⁊ intelligẽs. Qñ mercuriꝰ cũ Saturno i do
mo Saturni fuerit ac i bono Lũe aſpectu ac nume
ro ⁊ luie creſcente natꝰ erit bñ ſenſatus pulchre fi
dei ac reꝝ ordiator. Qñ mercuriꝰ Venꝰ ⁊ Sol
bono aſpectu Lunã aſpexerint natꝰ erit bñ ſenſa
tus ⁊ actibꝰ ſuis grauis. Qñ mars ⁊ mercurius
fortunati fuerit ⁊ a retrogradatiõe ac ꝯbuſtiõe libe
ri ⁊ Lunã numero ac luie auctã aſpexerit natꝰ erit
boni intellectus. Qñ mars ⁊ Venꝰ fortunati ac
vnus illoꝝ ſolẽ aſpexerit natus erit i ſuis actibꝰ gra
uis bõi itellectꝰ atqʒ ꝯſilij. Qñ Juppiter i aſcen
dẽte fuerit ⁊ venꝰ i occidẽte natꝰ erit ſubtilis itelle
ctus ac i ſenſu cõpletꝰ. Qñ Saturnꝰ i aliq̃ digni
tatũ ſuaꝝ i occidẽte vl' medio Celi cũ mercurio fue
rit natus erit boni intellectus ac potẽtis animi phi
loſopho ac ſapienti ſimilis.

De Stultitia nati. Ca.31.

Vãdo Lũa luie ac numero diminuta
necnõ a marte ſepata ⁊ feralis fuerit na
q tus erit ſtultus. Qñ Lũa i oppõne ſo
lis ſepata i.7.domo fuerit ⁊ mars ipam
infortunato aſpectu aſpexerit natus erit ſtultus.
¶ Qñ pars fortune vel fidei in.9.aut.3.domo fue
rit ⁊ iſortũe eas aſpexerit natus erit ſtultꝰ. ¶ Qñ
Venus cũ Saturno fuerit ⁊ Mars ac Mercuriꝰ
in loco Lune natus erit ſtultꝰ ⁊ ob ſui ſtultitiam
phm ſe noiabit deridebũt hoies ex eo. ¶ Qñ Sa
turnꝰ ⁊ Mercuriꝰ i aſcẽdẽte pegrini fuerit ⁊ Jup
piter i eoꝝ oppõe natꝰ erit ſtultꝰ ac turpis ſtultitie.

De Hyſtrionibus natis. Ca.32.

Vãdo Mercuriꝰ i domo ſua cũ marte fue
q rit natus erit hyſtrio. ¶ Qñ Mars ⁊ Mer
curiꝰ i ſigno regali fuerit ⁊ Sol ſignũ illõ
bono aſpectu aſpexerit natꝰ erit regũ ac dñoꝝ hy
ſtrio ⁊ de ipo ac vbis ſuis gaudebũt. ¶ Qñ mars
⁊ Mercuriꝰ in domo Saturni fuerit ⁊ ab angulis
cadentes necnõ Lũa fortunata ac luie creſcẽs ipos
aſpexerit natus erit ppli hyſtrio ⁊ ppls ludet cũ eo
⁊ truffabit. ¶ Qñ Venꝰ Mercuriũ aſpexerit aut
cũ eo iuncta fuerit natus erit ita ſubtilis hyſtrio qꝫ
hoies de mirabilibꝰ factis ſuis mirabunt. ¶ Qñ
Mars Mercurius ⁊ Luna in domo Veneris ſi
mul iuncti fuerint natus erit hyſtrio multe ac pul
chre loquele.

De Fidelitate nati. Ca.33.

Vãdo Venus in medio Celi ſine malo aſ
q pectu mercurij fuerit natus erit fidel' ⁊ cõ
miſſa fidelit cuſtodiet: pſerti ſi natiuitas no
cturna fuerit. ¶ Qñ Mercuriꝰ cũ Joue fuerit na
tus erit fidelis ⁊ ꝯfident de eo viri alti ⁊ ſublimes.
¶ Qñ Juppiter Saturnũ ⁊ Martẽ bono aſpectu
aſpexerit natus erit bonus ⁊ fidel' ⁊ ſibi cõmiſſa fi
deliter cuſtodiẽs. ¶ Qñ Venꝰ i aſcẽdẽte ac i exal
tatiõe fuerit natus erit ſibi cõmiſſoꝝ fidel' ꝯſerua
tor. ¶ Qñ iuppiter i.3.domo fuerit extnei pecunias
ſuas ad cuſtodiẽdũ nato porrigẽt: ⁊ i ipo hoies cõfi
dent. ¶ Qñ Mercuriꝰ in.5.domo ac i facie ſua fue
rit natus erit fidel' ſcriptor ⁊ ob ſui fidelitatẽ hẽbit
honorẽ. ¶ Qñ Mercurius oriẽtalis ac in.2.domo
fuerit: natus extraneis fidelis erit.

De Natis ſceleratis ⁊ eorū infdelitate. La.54

q

Uādo Mercuriꝰ infortunatus ex
medio Celi Martem aſpexerit ⁊
Luna in.4.domo fuerit: natꝰ erit
ſceleratus ac infidelis ⁊ hoībus ſi-
bi cōmiſſa denegans. ℂ Quando
Mars peregrinus ac retrogradus
fuerit ⁊ Luna cum eo in.3. domo: natus erit ſcele
ratus ⁊ infidelis alienorum raptor ⁊ ſibi cōmiſſa
retinens. ℂ Quando Mercurius ī termino Mar
tis ac in.3.domo cum Luna fuerit eo peregrino ac
retrogrado exiſtēte natꝰ erit pauce fidelitatis: pre
cipue ſi Mercurius dominus aſcendentis fuerit.

De Latronibus natis. La.35.

q

Uando Mars Mercurius ⁊ Lu
na cum aliquo angulorum ſine aſ-
pectu fortune infortunati fuerit na
tus erit latro. ℂ Quando Saturnꝰ
peregrinus ac feralis ī.7.domo fue
rit necnon retrogradus ⁊ in aſpe
ctu Martis Mercurij ⁊ Lune infortunatorum na
tus erit latro abſconſus ⁊ finis eius ſuſpenſio.
ℂ Quando Mars ſine aſpectu alicuius fortune in
aliquo angulorum retrogradus peregrinus ac de-
bilis fuerit natus erit latro preſertim ſi Saturnus
cum malo aſpectu aſpexerit. ℂ Quando Satur-
nus Mars ⁊ Mercurius in occidente retrogradi
⁊ agreſtes fuerint ⁊ a Luna lumine ac numero di
minuta ⁊ abſqꝫ dignitate aliqua ipſos .4. aſpectu
vel oppoſito aſpexerit: Natus erit latro ⁊ ob latro
cinium ſuum mala morte dies ſuos finiet ℂ Quan
do Mars ⁊ Mercurius in aliquo angulorum iun
cti fuerint ⁊ ferales ſeu abſqꝫ dignitate aliq̄ ſteterit
⁊ Saturnus eos malo aſpectu aſpexerit natꝰ mor-
tuorum ſudaria ⁊ veſtes furabitur.

De Fornicatiōe natorū. La.36.

q

Uando Venus in Occidente vel
medio Celi ⁊ Mercurius cum ea
in termino Martis fuerit: Natus
erit fornicator ac prolem in fornica
catione habebit. ℂ Quando Ve-
nus ⁊ Mars ſine aſpectu Jouis in
medio Celi vel in Occidente fuerint natus erit for
nicator ac male fame. ℂ Quando Saturnus Ve-
nus ⁊ Mercurius in domo vel exaltatione Vene-
ris necnon in occidente: vel medio Celi ſine aſpe-
ctu Jouis fuerit Natꝰ erit fornicator ⁊ qcqd hēbit
in fornicatione exponet. ℂ Quando Mars ⁊ Ve-
nus ſine aſpectu Jouis in medio Celi vel in angu-
lo Terre fuerint Natus erit fornicator ⁊ ī hoc gau
debit. ℂ Quando Venus in medio Celi fuerit ⁊
Luna Saturnum aſpexerit ⁊ Saturnus Venerē
Natus erit Leno ⁊ Meretricū ſectator. ℂ Quan
do Saturnꝰ ⁊ Mars ī.6.domo fuerit ⁊ Venꝰ eos
abſqꝫ Jouis aſpectu bono aſpectu aſpexerit natus
erit meretricū inſecutor. ℂ Quādo Venus in na
tiuitate diurna ī domo ſua fuerit ⁊ Mars eā a do-
mo ſua bono aſpectu radiauerit Natus Meretri-
ces frequentabit. ℂ Quando Venꝰ ī domo Mar
tis fuerit ⁊ Mars in domo Veneris Natꝰ erit ma
nifeſtꝰ fornicator ⁊ ſine verecūdia. ℂ Quādo Ve
nus cum Marte iuncta fuerit aut in.4.vel oppoſi-
to aſpectu Natus malas ac turpes fornicatiōes cō
mittet. ℂ Si Mars ⁊ Venus in ſigno maſculino
fuerint: Natus erit fornicator. ℂ Si Venꝰ effemi
nata fuerit Natus erit multum effeminatus ⁊ for-
nicationes vltra naturam diliget.

De Sodomia natorum ⁊ natarum. La.37.

q

Uando ſignum .6. Maſculuꝫ fue-
rit ⁊ Mars ac Venuſ ſine aſpectu
Jouis in eo Natus erit Sodomita.
ℂ Et ſimiliter ſi Venus in domo
Mercurij ac in ſigno cadenti iſfor-
tunata fuerit iudicabis. ℂ Si mer
curius dominus partis fratrū fuerit: natus erit ſo-
domita. ℂ Et ſimiliter ſi pars fortune cum mercu
rio in aliquo angulorum ⁊ in ſigno maſculino fue-
rit iudicabis. ℂ Si mercurius ex ſigno maſculino
domum Coniugij ſine aſpectu Jouis aſpexerit ⁊
Venus etiam in ſigno maſculino ⁊ infortuna mer
curium: Natus erit ſodomita. ℂ Si mercuriꝰ pti
coniugij alligauerit vel dominus partis illius ma-
ſculinus ⁊ in ſigno aut ī loco maſculino fuerit: Na-
tus erit ſodomita. ℂ Quādo Luna in ſigno maſ-
culino fuerit ſol atqꝫ Venus ipſos ex ſigno maſcu
lino aſpexerint: Natus erit ſodomita. ℂ Quando
mercurius ac Venus in.7.domo iuncti fuerit: Na
tus erit dominuſ procoruꝫ ac ſodomita. ℂ Si mer
curius in.7.domo fuerit ⁊ Venus ab eo cadens
necnon domina aſcendentis exiſtens: Natus erit
ſodomita. ℂ Si mercuriꝰ in.7.domo cum marte
fuerit ⁊ Venus peregrina exiſtens eos malo aſpe
ctu ex ſigno maſculino aſpexerit: Natus erit ſodo
mita. ℂ Quādo Venus in domo ac termino mar
tis ⁊ in malo loco fuerit: Natus erit ſodomita.
ℂ Quando Mercurius mars ⁊ ſaturnus ī domo
ſui corporis fuerint: Natus erit ſodomita. preſertiꝫ
ſi Venus cum mercurio in ſigno maſculino fuerit.
ℂ Quando pars coniugij in domo mercurij ⁊ ī ſi-
gno maſculino ac in aliquo angulorū fuerit: Natꝰ
erit ſodomita. ℂ Quando Venus ⁊ Luna in nati-
uitate mulieris in .8. domo fuerit: Nata erit ſodo
mita. ℂ Quando Venꝰ in.7.domo ac ī ſigno maſ-
culino ⁊ Luna in aſcendente nata erit ſodomita.
ℂ Quando Planete feminini in ſignis.ꝗ. atqꝫ lo-
cis maſculis fuerit: nata erit ex adulterio ꝓcreata
⁊ cum mulieribus concubere appetet.

De Caſtitate ſeu prohibitione ſodomie natorum.
La.38.

q

Uando Venus ī domo Jouis fue
rit ⁊ a malo aſpectu martis libera:
Natus erit bone complexionis: ⁊
quantum ad peccatum ſodomiticū
caſtus. ℂ Quando Venus in aſcē
dente vel medio celi cū Joue fue-
rit vel ex locis ex quibus eū receperit eidem alli-
get ⁊ mars Venerē non aſpexerit: Natꝰ erit a pec
catis contra naturam concluſus atqꝫ liber. ℂ Quā
do aliq̄ de ſtellis Beibenijs prime magnitudinis
ac de natura Jouis ⁊ Veneris in aſcendente vel ī
medio Celi fuerit: Natus erit caſtus ⁊ ab omni ſo-
domitico crimine Liber: Largus Pius Bonus
ac bone fame.

De Muliebritate Natorum. La.39.

q Uãdo Mercurius ⁊ Saturnus cũ Ve-
nere in aſcendẽte vel ĩ medio celi fuerit:
natus erit muliebris. ⁋ Qñ Sol ⁊ Lu-
na in.3.domo fuerint: natus erit mulie-
bris ⁊ mores eius ſicut mores mulieris: ⁊ victum
ex illa muliebritate acqret. ⁋ Quando Venus in
ariete tauro leone vel capricorno fuerit: ⁊ Mars
atq; Sol ſup Saturnũ radios ſuos ꝓiecerint: natꝰ
erit muliebris ⁊ viros appetet. ⁋ Qñ Luna ĩ do-
mo ſaturni fuerit ⁊ ſaturnꝰ in domo veneris vel in
ſcorpione ⁊ in angulo terre aut in.6.vel.12. domo
natus mores muliebres habebit. ⁋ Qñ venus cũ
infortuna in ſigno feminino exñti fuerit: natus erit
quaſi mulier ⁊ mliebria aget: necnõ viros: ac ſi mu
lier eſſet: appetet.

De Liberalitate natoꝝ. Ca.40.

q Uando Sol ⁊ Venus Lunã medio ce
li exñtem aſpexerint: natus erit largus:
liberalis ⁊ leuiter bona ſua expendens
ſiue tribuẽs. ⁋ Qñ Mars Solẽ.4.aſ
pectu aſpexerit: natus erit adeo liberalis: q parũ
aut nihil de ſubſtãtia ſua remanebit. ⁋ Qñ mars
fuerit dñs partis fortune ⁊ dñs aſcendẽtis in.2. do
mo natus ꝓdigus ac inutiliter bona ſua conſumẽs
erit. ⁋ Cũ Saturnꝰ retrogradus vel cõbuſtus ac
in aliqua dignitatũ ſuaꝝ exñs in medio celi fuerit:
Natus alijs de bonis ſuis tantũ cõferet q ad pau
pertatẽ deueniet: ꝑſertim ſi Venus malo aſpectu
aſpexerit. ⁋ Qñ dñs.3.domus dominũ.2. domus
malo aſpectu aſpexerit: Natus erit ꝓdigus ⁊ occa
ſione diuitiarũ ſuarũ inimicicias ⁊ odium acqret.

De Auaritia nati. Ca.41.

q Uando caput draconis cũ Sole Ve
nere ⁊ Mercurio in aſcendente fuerit:
natus erit auarus. ⁋ Quando Mercu-
rius in natiuitate diurna orientalis ac in
2.domo fortunatus fuerit: natus erit parcus ⁊ pe
cuniam ſuam vltra modum diligens.

De Inuidia nati. Ca.42.

q Uando Mercurius velox curſu in na-
tiuitate nocturna de ſub radijs ſolis oc
cidentalis apparuerit ac in.2. ac martis
termino fuerit: natus erit inuidus. ⁋ Qñ
Luna a Saturno ſeparata Mercurio applicuerit
natus erit inuidus. ⁋ Quãdo Mercurius Marti
alligans in aſcendẽte fuerit ⁊ Juppiter nõ aſpexe-
rit: Natus erit inuidus.

De Elatione vel Magnanimitate nati. Ca.43.

q Uãdo Venus ⁊ Saturnus cum Luna
fuerint aut ipſam aſpexerint: natus erit
ſupbꝰ magniloquus ⁊ aĩ eleuati. ⁋ Qñ
Mercurius Juppiter ⁊ Mars Lunã
aſpiciẽtes ſimul fuerint: natus erit magni animi ⁊
magna loquẽs. ⁋ Quando luna a Saturno ſepata
Mer. alligauerit: natus erit magnanimꝰ ⁊ ſine ve-
recundia. ⁋ Qñ in ꝓpa domo ⁊ in termino mar-
tis fuerit ⁊ ſoli ex.7.domo oppoſitionẽ alligauerit
natus erit aĩ elati ⁊ magnus apparere queret: ac ꝓ
pter hoc ſe bene induet.

De Hilaritate faciei nati. Ca.44.

q Uando Venus in domo vel exaltatiõe
ſua ac in.7.domo fuerit ⁊ Mars eã bo
no aſpectu aſpexerit: Natus erit hilaris
faciei ⁊ bone reſponſionis: erit tñ adula-
tor ⁊ quaſi ſatuꝰ. ⁋ Quãdo venus ĩ medio celi vel
7.domo fuerit ⁊ Mercurius ipſaꝫ bono aſpectu aſ
pexerit: natus erit hilaris faciei adulator tñ ⁊ bone
loquele. ⁋ Quãdo Venus in.7.domo ac in ſua fa
cie fuerit: ⁊ mars eã ex ꝓpa domo malo aſpectu aſ
pexerit: natus erit ſine verecundia ⁊ adulator.
⁋ Qñ luna in aſcendente fuerit ⁊ Venus.3.aſpe-
ctu ipſam aſpexerit: Natus erit hilaris faciei ⁊ bo-
ne obuiationis.

De Letitia nati. Ca.45.

q Uando Luna lumĩe diminuta in ꝓpria
domo ac in bono loco cũ venere fuerit
natus erit letus ⁊ leta loca ob letitiã ſine
pigritia circuibit. ⁋ Quãdo luna ⁊ dñs
aſcendẽtis oriẽtales ac fortunati fuerint ⁊ ab infor-
tunarũ aſpectu fuerit liberi: natꝰ erit letus. ⁋ Qñ
Mercurius in domo vel exaltatiõe lune directus
ac extra ſolis radios fuerit: ⁊ venus bono aſpectu
eũ aſpexerit ⁊ ipſe lunã: natus erit letus: mobilis tñ
ac multe mutationis. ⁋ Qñ Mercurius in aſcen
dẽte.10.11.vel.5. domo fuerit ⁊ luna ex exaltatiõe
martis aut dñs domus lune vel mercurius ipſum
